



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio VIII. De scientiæ diuinæ diuisione, & affectionibus, & diuinis
idæis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

DISPUTATIO VIII.

De scientia diuina diuisione, & affectionibus, & diuinis ideis.

EXPLICATIS scientiæ diuinæ naturæ, principiis, & omnigenis obiectis, ut septem antea disputationibus ea omnia statuimus, explicauimusque: eam demum, et re ipsa, imo & metaphysice vniuersimam, ut diximus pro nostro concipiendi modo diuidere, atque eius insuper affectiones, & quasi passiones, indagare, & methodi ratio, & aliorum scriptorum exemplum iure à nobis exposcit, ut ad plenum controuersia hæc de scientia Dei absoluitur: ea vero breuius multo præstabilimus, quam aliquorum contumax, proterua, & proluxa concertatio videbatur exigere, in ea enim magna de vocibus his est, quam semper odi, & contemno, de re præ nulla: ostendam proinde breui quomodo loqui in re præsentis debeamus, non autem cum eis, qui ita loqui nolunt, contendam.

QVÆSTIO I.

Quotuplex scientia in Deo adstruenda sit?

QUOD Dei scientia non solum physico, sed metaphysice etiam vniuersimam ex parte actus & intellectus sit, quippe quæ è suo formali conceptu, atque genere, ut dixi infinita sit per denegationem termini, etiam extrinseci, eam ex parte actus nisi chimæricè diuidere non valeamus: quæ tota eius diuisio penes obiectorum diuisionem, atque statum, pro quibus ab ea attinguntur, & representantur, aliudne, quod extra scientiæ lineam diuisione concernatur, esse prorsus debet.

CERTAMEN I.

Scientia diuina penes obiectorum statum diuersos partitio, ubi de scientiæ mediæ membro, & proprietate ratio prima.

Prima vetustissima, & vulgatissima scientiæ mediæ diuisio est in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis: illa est, omnium sententia, qua possibile secundum statum possibilitatis suæ supra à nobis explicatum cognoscuntur, ut à sui existentia exercita abstracta. Visionis vero scientia ea est, qua omnia obiecta Deo secundum absolutam, & exercitam sui, pro sua quæque duratione, representantur: & hanc adæquatam esse diuinæ scientiæ partitionem, & quæ diuinam obiectorum omnium pro statibus omnibus cognitionem coerceat, recentiores volunt Thomistæ, quod, an proprie loquendo verum sit? infra examinabo, dum an scientiæ mediæ membrum rigoroſe loquendo addendum huic pri-

mæ diuisioni obiectorum, & statuum, eorum diuersitati præcise stando, discutiam? sed prius membri duplicis diuisionis huius obiecta assignanda singulariter erunt.

2. Et in primis impossibilia & chimæras (quas omnes à Deo cognosci supra docuimus) ad scientiam simplicis intelligentiæ spectare communis sententia: quia oppositorum eadem est ratio, & disciplina, ut vulgo circumfertur. Deum vero, qui putant essentia, & conceptu suo ab actuali existentia præcendere, posseque subinde possibilem præcise ab existentia sui exercita absque obiectiua fictione, & chimæra cognosci, secundum cum ipsius conceptum, & statum ad scientiam simplicis intelligentiæ pertinere; secundum statum vero suæ exercitæ, & actualis existentie ad scientiam visionis: ego vero cenſeo vtrumque solum ad scientiam visionis spectare: & de Deo quidem communiori Theologorum sententia iam est (liquidem Deum cuiusque essentiam ab actuali, & exercita sui absoluta existentia non præcendere, ut ostendimus vulgatus, politiusque asseritur) ad scientiam visionis solummodo spectare.

3. Eadem vero ratione impossibilia ad scientiam visionis solummodo attingere si secundum proprium primumque conceptum spectentur facile ex supra à nobis dictis de essentiali eorum conceptu probatur. Ostendimus enim illum in negatione à se, siue necessaria impossibilitate actuali, & absoluta negatione situm esse: quemadmodum in necessaria sui existentia, absoluta actuali Dei, seu entis à se essentia constituitur: quare non minus eis, quæ seipsis, & non ab alio remota à rebus sunt, ut impossibilia remota sunt, possibilitatis non essendi conceptum præcise ab actuali, & absoluta sui à rebus remotione, siue negatione essendi repugnare quam Deo, siue à se, ac de se actu absolute, & existentie essentia sui possibilitatis status, ab actuali & absoluta sui existentia præcise repugnet: cum autem quidquid solummodo statum actualis, & absolute existentie habet, ut Deus, & impossibile negatio ad scientiam visionis tantummodo spectabunt. Proloquium illud vulgare ex quo opposita de impossibilibus conclusio probatur, extra rem præsentem, & germanam eius sententiam, sono tenus vocum (ut plerumque similia axiomata produciuntur) obtrudunt; neque enim de scientiarum pro statibus obiectorum vnitatem, vel diuisionem (ut in præsentis agimus) neque ab eius inuentoribus, neque à Philosopho vilo intellectum habetis, vel usurpatum est.

4. Nouior, maiorque est concertatio, adæquantem ea diuisio scientiæ diuinæ sit, ex quo contingentium conditionatorum pro eo futuri conditionatæ statu scientiæ distinctius, explicatiusque, atque, in terminis, ut aiunt, ipsis, nostrorum doctorum industria in scholis fuit disputata: qua in re aduersarij Dominicanæ adæquantem diuisionem præfatam reputant, ne membrum scientiæ mediæ nomine (quod ad horrorem stomachantur) admittant: qui eorum nonnulli, ut Blasius Berdu scientiam integram Deo à nostris denegari putant; quos proinde pro sua in Deum reuerentia, & pietate his verbis hortatur; *dare ergo illi scientiam integram*: laudanda quidem à nostris eius pietas; nescio an ita sit à peritis latinis eius laudanda: cum videant medium pro dimidio barbarismo usurpari: idcirco eorum Thomistarum nonnulli ad scientiam simplicis intelligentiæ contingentium conditionatorum scientiam attingere aiunt: quibus assentitur Magister Curiel controu. 7. c. 14. a. 2. num. 195.

5. Ex nostris etiam, quibus res ipsæ altercati, aduersariique aliis solummodo cogunt, ne de nomine cum Thomistis hisce contendant contingentium conditionatorum scientiam vel ad simplicem intelligentiam, vel ad visionem reducant. Ad simplicem intelligentiam Salmeron in Epistol. Pauli lib. 1. p. 2. d. 1. Bellarm. 2. de amissione gratiæ & statu pecc. c. 17. Valent. 1. p. ad qu. 14. punct. 5. Vasquez disput. 67. cap. 4. Arubal d. 38. c. 9. Accedit Diotale p. 2. Opusculor. in proem. cap. 11. & vlt. Ad visionem vero Soar. lib. 2. de auxil. c. 3. num. 6. Raitz de Montoia d. 76. sect. 2. & Recentiores Complutenses. Primi mouentur: quia contingentia conditionata futura absolute

absolue non sunt, imo eorum pleraque non sunt futura: id quod confirmari videretur potest ex Augustino, qui contingentiam conditionatam ex natura viribus à Semipelagianis, tanquam merita, vel demerita ad prædestinationem, & reprobationem in paruulis corruptis præterea ea non solum merita, sed & futura esse negauit, ac non futura esse docuit: nihil autem, quod futurum absolute non est, ad visionem, quæ solum circa absolute futura versatur, potest pertinere.

6. Secundi vero eo in primis fundamento ducuntur: quod Patres, qui conditionatorum contingentium eorumque scientiæ meminerunt, vel futura ea dixerunt, vel verbis in futuro tempore explicarunt: quibus magis ad futurorum, quam ad possibilitatum statum sua sententia accedere facit insinuantur: propriusque subinde ad visionem, quam simplicis intelligentiæ obiecta pertingere. Secundo: quia possibilitas, seu prædictorum essentialium identitatis vera connexio, quæ est obiectum simplicis intelligentiæ, est omnino indifferens ad futuritionem conditionatam contingentis, atque ad eius futuritionis negationem, cum pleraque è contingentibus non sint, quæ tamen sunt conditionate futura: nullo ergo cum sui possibilitate tanquam cum affini obiecto numerabuntur, est tamen hæc contra Gonzalez Albeldam Dominicum d. 45, sect. 2, conclus. 3, falso retulisse ex Soario nostro lib. 2, de scientia conditionatorum cap. 3, n. 4, quæstionem nouam de nomine esse an contingentium conditionatorum scientia ante actuale ex parte Dei decretum de eorum conditionata futuritione habeatur? cum mox eo libro ante illud haberi scio, ac de re contendat: eoque loci, nam scientia media dicenda sit atque tertium scientiæ diuinæ medium inter simplicem intelligentiam, & visionem constituitur quæstionem de nomine appellat.

7. Verum, etsi cum Thomistis hæc de nomine decretandum non sit, si rem concedant, de qua hæcenus abunde disputauimus: imo etiam si eam scientiam non, nisi post actuale decretum de futuritione conditionata contingentium, (quod de re quæstio est) aduersariis deamus, quæstionem de nomine locus cum hæc Thomistis, & ratio eadem, ut, si penes diuersitatem statuum obiectorum partienda scientia Dei sit; membrum tertium scientiæ mediæ, atque sit ab eis, atque à nostris, qui ante omne actuale Dei decretum eius futuritionis scientiam haberi à Deo contendunt, medium inter simplicem intelligentiam, & visionem debeat admitti. Etenim, etsi decretum illud ad scientiæ diuinæ de conditionato contingentis infallibilitatem autem aduersarij necessitatem præcedere, tamen contingentiam & libertatem conditionatam (ægre quidem & imperceptibiliter) delectantur, negantque ne Calvinismum expresse fateantur infallibilitatem consequentiæ eius rationis eiusdem esse, atque infallibilitatem consequentiæ huius conditionalis, (si sol lucet dies est) & reliquarum similium, quæ ex hypothesi causarum naturalium ad suos naturales effectus deducuntur: quare in illis conditionati contingentis conditionatam contingentiam, & libertatem seruati, diuersam quidem, quoad statum à libertate eius, ut possibilis præcise, & ut absolute futuri: idcirco Gonzalez Albelda, qui rem hanc suis acutius, & mirum excussit, & disputauit, statum hunc conditionati contingentis medium inter possibilitatis suæ, & absolute futuritionis status esse iure concedit d. 39, fin.

8. In hac igitur quæstione de nomine concludo: bimembrem illam prædictam diuisionem scientiæ Dei in simplicem intelligentiam, & visionem ex diuersitate obiectorum, & statuum (si loquendum proprie, & sermonis figure sit) adequatam non esse: sed scientiæ mediæ membrum tertium ille esse adiungendum, ut proprietate sermonis obiecta diuinæ scientiæ cuncta, & quoad omnes eorum status diuinæ scientiæ diuisio coerceat: est omnium societatis Doctorum, & assensuum innumerorum expressa ubique sententia; etsi quandoque contingentium conditionatorum scientiam ad alterum ex duobus membris reduci, utrumque posse (ne nimis de nomine frigidum videatur) concedant. Sed reductionis nomine, non rigore & proprietate sermonis abunde significarunt.

Probat facile conclusio: quia diuisio scientiæ pro diuersitate statuum obiectorum eius, quæ proprietate sermonis omnes eorum status non comprehendit proprietate sermonis adequata non est: atqui diuisio in scientiam simplicis intelligentiæ, & visionis aliquem statum aliquorum obiectorum eius proprietate sermonis non comprehendit: ergo nec proprietate sermonis adequata est. Minor probatur: quia simplex intelligentia proprietate sermonis solum comprehendit statum possibilitatis suorum obiectorum: visio autem proprietate sermonis solum comprehendit statum absolute existentie eorum: idque apud præfatos omnes bimembres eius diuisionis auctores, cum de scientia conditionatorum contingentium in terminis non disputabatur. Atqui status conditionate futuritionis contingentium neuter eorum statuum est, sed diuersus: ergo aliquis status aliquorum obiectorum diuinæ scientiæ bimembri illa diuisione ipsius non comprehenditur.

9. Minor postrema multifariam ostenditur. Primo contra Thomistas plures supra memoratos, qui, cum Deum cognoscere contingentiam, & libera nostra, & secundum possibilitatis, & secundum existentie suæ absolute statum admitterent, tamen cognosce secundum futuritionis suæ conditionatæ statum negabant: ac proinde huius ab illis statibus diuersitatem agnoscebant. Secundo: quia pleraque opera nostra libera possibilia futura conditionate minime sunt: ac proinde nequeunt non sub possibilitatis conceptu à conditionata sui futuritione præscindere, atque ad sui conditionatam futuritionem, & non futuritionem esse indifferentia: cum item sub conditionata futuritione præcise absolute sui futuritione præscindant, indifferentiaque ad hanc, eiusque absolutam negationem, siue ad absolutam sui non futuritionem, & existentiam sint, (pleraque enim conditionate futura nunquam absolute fuerunt, eruntque ut de fide, & penitentia Tyrionum, Sydoniorum, &c. constat) haud dubio, quin præcise, quæ conditionate futura, statum absolute existentie, vel futuritionis suæ absolute non attingant, sed intra priorem alium maioris vniuersalitatis statum coercentur: id quod Patres pro alterutra reductione, vel ad simplicem intelligentiam, vel ad visionem recitati aperte satis docuerunt: dum conditionate futura, futura modo, modo non futura, ac tandem futura non futura dixerunt. Ex quibus facile ostenditur media illa inter possibilitatis, & futuri absolute esse, & quorum status de utroque participet. De statu possibilitatis quod ad statum futuritionis absolute non pertineat. De statu futuritionis absolute, quod intra statum præcise possibilitatis non reneatur: quare, si obiectuorum veritatem, & statum obiectorum, pro quibus à Deo contingentia cognoscuntur, habenda ratio sit eius scientiæ, quatenus contingentia pro statu futuritionis conditionatæ præcise repræsentat, iure media nominatur: eiusque tertium membrum bimembri diuisioni præfate addendum erit, ut proprietate sermonis adequatæ diuinam scientiam partiamur.

CERTAMEN II.

Alia generalis diuinæ scientiæ in necessariam, & liberam, & additionis tertij membri scientiæ mediæ ratio secunda.

1. Haud ignotior est secunda alia scientiæ Dei generalis diuisio in necessariam, & liberam: sed nescio an sit vulgari, & vltimo pluribus modo accipienda. Putatur enim à multis in primam hæcenus explicatam penitus coincidere, cum eaque prorsus re ipsa confundi, etsi ab illa vocibus discrepet: ut tantumdem scientiæ necessaria, atque scientiæ simplicis intelligentiæ sit, ac scientiæ libera idem omnino, quod scientiæ visionis: ego vero æstimo diuersam esse secundam hanc diuisionem à prima

prima, non vocibus solum, sed rebus, & primam quidem penes diuersitatem obiectorum, & statum; pro quibus à Deo cognoscuntur fieri; secundum vero hanc non inde, sed ex scientiæ diuinæ affectionibus, necessitatis nimirum, & libertatis, ut voces ipsæ demonstrant, esse penandam: id quod ita facile ostenditur: etsi enim possibilia omnia scientia necessaria, & nullatenus libera à Deo cognoscantur: at vero absolute existentia plura (quæ dubio procul ad scientiam visionis spectant) scientia item necessaria à Deo cognoscuntur: ergo scientia necessaria Dei ultra obiecta scientiæ simplicis intelligentiæ porrigitur. Antecedens est certum, siquidem scientia, quam Deus de seipso suisque attributis & Trinitatis personis absolute existentibus habet (est ea omnia possibilia, quod renuo, præcisus etiam cognoscat) scientia necessaria, ac nullatenus libera est, & quæ visionis, non autem simplicis intelligentiæ scientia sit. Deinde impossibile, & chimerarum scientia visionis est, ut ostendimus certam. 1. num. 2. & 3. & tamen est scientia necessaria.

2. An vero ea diuisio adæquata sit, quin mediæ etiam scientiæ membrum ab utroque diuisionis membro diuersum sermonis proprietate sit addendum: nostrorum cum Dominicanis Thomistis Recentioribus quæstio etiam de nomine est; negantibus his, illis vero concedentibus: & quidem, si de libertate, ac necessitate obiectorum non autem de scientiæ ipsius necessitate, & libertate ageretur, facili negotio nostrates intentum obtinerent: siquidem contingentia conditionata; nec solum possibilem contingentiam pro illo conditionato statu habent, neque absolutam libertatem, & contingentiam sui sortiuntur, sed mediam interpossibilem, & absolute futuram libertatem: quare libertatis, ac necessitatis obiectorum ratione solummodo habita haud dubio contingentium conditionatorum scientia inter absolute necessariam, & absolute liberam sermonis proprietate merito diceretur. Atque me iudice id solum, & attenderant, præter obiectum libertatem decreti diuini, quam futurorum absolute scientia supponit, secus conditionatorum, & mediam, quæ cum scientia necessaria concordat; & cum absolute in eo, quod contingens obiectum, & quod conditionate etiam, deficere absolute potuit: quare & neutra harum in eo etiam est, sed participans de utraque: ita Molina noster scientiæ huius illustrator, & vocis mediæ author 1. p. q. 17. §. *Triplem scientiam*, & d. 52. concordat, ex quo reliquit.

3. Ulterius tamen aliquid, & altius, examinandum erat, ut quæstio hæc (quamuis tota de nomine) proprietate sermonis definiretur: etenim necessitas, & libertas non obiectorum quidem, sed scientiæ ipsius asseruntur, ut eius affectiones, & accidentia, cum in liberam, & necessariam dissecatur: quemadmodum albedo Petri dicitur, cum Petrus albus asseritur: in hac autem propria sane significatione, adæquatam eam diuisionem scientiæ in necessariam, & liberam videtur Dominicanis, (etsi nil de hac sermonis proprietate cogitantibus, sed ad obiecta solummodo intentis) concedendum. Probo: quia scientia Dei de conditionatis, ac nondum absolute contingentibus, non est scientia, quæ esset, si conditio, & conditionata absolute ponerentur, ut Thomistæ Dominicani nonnulli arguebant: sed est scientia, quæ actu, siue ex parte actus absolute est: alia absolute actu est, ut absolute potuerit non esse cuiusmodi scientia: ergo absolute libera est conditionata scientia; non autem media inter necessariam, & liberam: consequentia euidens est à definitione ad definitum: nihil siquidem aliud est absolute liberum, quam quod ita actu absolute est, ut potuerit non esse. Maior est certa apud nostros, & apud omnes, qui rem scientiæ mediæ callent. Minor non videtur obicuri: si enim contingens, quod conditionate futurum de facto est, ut absolute potuit, futurum conditionate non esset, scientia conditionata in Deo non esset, quin falsa foret, quod Deo repugnat. Huic argumento, qui ex nostris scientiam diuinam cuiusvis obiecti (etiam extrinseci) entitate sua, atque ex parte actus, & quoad intrinsecum representationis, representatione obiecto connexam minus (aut fallor) Theologicæ sacentur succumbant necesse est.

4. Ut autem illud diluam, atque rigida hac sermonis proprietate scientiæ mediæ nomen, illamque tamquam tertium membrum bimestri huius diuinæ scientiæ in naturalem seu necessariam, & liberam partitioni addendam esse, ut adæquata sit eius diuisio; simul problem præmittenda aliqua necessario summam sunt. Primum: Dei scientiam ex parte actus, siue quoad intrinsecum representationis omnium, & singulorum obiectorum à nullo extrinseci obiecto vlatenus tanquam à termino entitatis suæ connexionis pendere: sed ab eis omnibus independentem prorsus, & absolute esse, imo, ne à cunctis quidem Deo intrinseci, quatuor ut aiunt, modo dicendi per se, siue formaliter, sed materialiter solum, & identice pendere, tanquam à termino: formaliter vero ab eo solum prædicato diuino, quod eius primatum, & specificatum adæquatum est, nempe essentia, à quo speciem, & perfectionem adæquate, tanquam ab obiecto desumit, atque infinita simpliciter, & è genere suo per denegationem termini, etiam extrinseci, generis eiusdem: quare, & omnis scientia euadit, & cui aliquid representationis formalis alicuius obiecti vterius accedere repugnet: ut fuisse de specificatio adæquato scientiæ diuinæ agens præfenti controu. ostendi ac lapsus inde plura, & hic, & controu. de Trinitate ac sæpe alibi deduxi: itaque representationi diuinæ formali de obiecto extrinseci nihil prorsus abesse, etsi obiectum deficeret, quoad scientiæ, & representationis formalis intrinsecum: quemadmodum de omnipotentia diximus, nihil, quoad intrinsecum defecturum, etsi aliqua, imo omnia possibilia repugnarent.

5. Notandum secundo est intellectum diuinum potentiam liberam formaliter non esse, ut omnes Theologi certum supponunt: quare, neque eius scientiam liberam formaliter immediate, & proxime esse posse: quod ex denegatione libertatis potentie euidenter deducitur; siquidem proxima, atque immediata formalis libertas actus nihil aliud formaliter est, quam denominatio extrinseci à libertate in actu primo, siue indifferente potestate in actu primo ad ipsum appendendum, vel non apponendum potentie, à qua procedit: imo vero, cum pro priori ad obiecta reliqua à primario, & specificatio suo adæquato Dei scientia omnis scientia ut sæpe, & nuper notauimus euadat necessario euadat independentem à negatione libertatis in actu primo potentie intellectus Dei præbarur diuinam de quouis suo obiecto cognitionem liberam in actu secundo formaliter immediate, & proxime esse non posse: quia independentem, & antecedentem ad cuiusvis contingentis positionem ad illud representationem determinatam est de diuina cognitio, seu potius illius representationis actualis formalis determinatio, & representatione de se est; etsi ex parte obiecti conditionata: nimirum, si obiectum debere ad sui cognitionem apponatur, atque intentionaliter subsistat: licet de omnipotentia formali philosophantur, qui eam absolutam à possibilitate creaturarum nobiscum recognoscunt: & sicut Dei amor, etsi à voluntate Dei, quæ libera perfectissime, atque infinite præ creatis, tamen quatenus circa seipsum, à quo necessario rapitur, versatur, necessarius est.

6. Inde notandum tertio Dei scientiam solummodo mediate circa extrinseci obiecta liberam esse, ut constat ex actibus potentiarum omnium quæ in actu primo formaliter liberæ, & indifferentes potestatis ad verum non sunt. Inde vero ulterius fit: diuinam scientiam eundem tantum rationis libertatem posse sortiri, cuius rationis fuerit libertas illius, quo medio libertatem participat, & per quem mediata libertas ipsi per extrinsecam denominationem formaliter communicatur. Patet primo exemplis omnibus actuum mediate solum liberorum, atque à potentiis formaliter in actu primo non liberis proueniunt: & ratione à priori aperta: quia nemo dat, quod non habet: quod in virtute, & communicatione actiua certissimum etiam principium est. Etsi in hac virtute & communicatione actiua formalis præconscientia eius, quod effectui communicatur necessaria non sit; sed emmentialis sufficiat: ut in pluribus agentibus a quoque creatis, & in prima rerum causa actiua Deo comperitur est: in communicatione vero formali eandem omnino rationem,

rationem, quæ alteri communicatur, præcontineri in eo, qui eam communicat ipsi, exploratissimum ex terminis est, et probatione non eget.

7. Sed illud tandem examinandum, definiendum, atque statuendum restat: à quoniam scientia Dei mediatam quamvis libertatem proximè participet, & quidem à Divino decreto suæ conditionatæ, suæ absolute libero illam participare non posse certissimum est. Etenim divina scientia actus à voluntate Dei per decretum liberum imperatus intellectui divino formaliter immediatè non est, sicuti actus potentiarum exequentium ab actibus voluntatis imperatur. Neque enim Deus ideo aliquid cognoscit, quia vult; alioqui posset nescire, si veller, aut non veller nolle: quod prius repugnat, profundèque obervavit Tertullianus dicens: *Deus in omnia sufficit, nec potest esse sua perspicacia prævaricator.* & ex dictis nu. 4. & natura decreti liberi perspicuum bifariam est, tum, quia, ut dixi, necessario ex Deo ipso, ut obiecto primo specificatio adequato independentè ab omni decreto libero Dei omniscientia eius scientia necessario eundem: tum secundo, quia, cum voluntas Dei nequeat in incognitum ferri; sed eius, quod vult cognitionem proprio priori necessario præsupponat: fieri, ut ante decretum imperans cuiusvis obiecti cognitionem eiusdem obiecti cognitio debeat præcedere, non imperata per decretum illa postea; neque per antea ipsa aliud, in quo instauratur argumentum idem, & de aliis in infinitum; nisi ad aliquam eius obiecti cognitionem per nullum Dei decretum imperatum deueniat.

8. Cum ergo præter decreti divini libertatem nulla alia præter obiecti libertas, à qua immediate libertatem mediatam formalem divina scientia participet inveniri, exquiratur, quæ ab obiecti libertate proximè, & immediate eam ipsi communicari formaliter statuendum est; remotius vero non dubito, quin à decreto libero Dei eadem scientiæ libertas communicetur, non quidem formaliter, quasi ex decreti divini libertate adduc remotius, quam ab obiecti libertate Dei scientia libera formaliter sit, ac denominetur; sed materialiter solum: quatenus, nisi per Dei decretum, suæ in hypothese, suæ conditionatæ, suæ absolute proportionatæ ad statum futuritionis sit absolute, suæ conditionatæ, pro quo contingens nostrum Deo extrinsecum cognoscitur in illo statu non apponeretur, præteraturque à Deo cognoscendum: id autem ad formalis libertatis mediatæ denominationem (quam ad questionis præsentis, rigida sermonis proprietate, decisionem venimus nihil refert.

9. Ex his probatur: proprietate rigida sermonis scientiam mediam inter absolute liberam, & absolute necessariam in Deo, atque ad adequatam scientiæ diuine partitionem, ut tertium membrum ab utraque diversum, esse admittendam. Quia scientia de conditionatæ contingens non est rigida hæc sermonis proprietate necessaria, seu naturalis, quemadmodum hæc: *si scilicet inter dies est*: quæ de obiecto contingenti nullatenus est. Sed neque est absolute libera, sed solum conditionatè rigida hæc sermonis proprietate: ergo rigida hæc sermonis proprietate media est, nec formaliter in altera contenta, addendaque, ut formalis diuine scientiæ diuisio sit adequata: secundam antecedentis partem (cui soli probatione opus est) ita ex dictis proba. Scientia Dei proximè primario, & immediate libera non est, sed solum mediatè per eandemmet libertatem formalem obiecti, à quo proximè ipsi formaliter communicatur, sola diuersitate proximioris vel remotioris gradus illam formaliter habendi, ut hæcenus ostendi; sed libertas contingens conditionati pro eo statu, pro quo præcise obiectum scientiæ conditionatæ est, & à quo libertatem proximè formaliter, & immediate mediatam ipsa participat, non est absolute, sed conditionatè solum contingens, & liberum: ergo non est libera absolute, sed conditionatè solum, ac mediatè inter absolutam libertatem, & necessitatem.

10. Inde euanciscit argumentum contra hanc conclusionem instructum nu. 3: in aliis principiis aliquorum ex nostris indissolubile. Procedit enim, vimque habet solum contra libertatem formalem proximam actus, siue subiectiuam, quam secundum sui intrinsecum diuini

ne scientiæ non posse conuenire ostendi num. 4. & 7. non autem contra libertatem actus mediatam solum, & obiectiuam ab obiecto per formalem denominationem extrinsecam in actum proximè formaliter definitam, sicuti ab obiecto contingenti conditionato in eius scientiam deicitur; unde in forma negandum est scientiam diuinam Dei conditionatis defecturam; quoad sui intrinsecum, si conditionatæ, ut potuerunt absolute conditionatæ non essent, ut in simili de omnipotentia, si possibilia impossibilia, seu non possibilia forent communiter asseritur. Deficeret autem scientia conditionatorum; quoad denominationem præterim libera: neque enim libera esse posset deficiente obiecti sui conditionatæ libertate (ut conditionatè deficiente conditionato deficeret) qua sola eius scientia libera est, & denominatur; imo neque, quoad denominationem absolutam scientiæ huius conditionati, si conditionatum non esset, maneret: qua in re & similibus de omnipotentia, ideis, & ceteris ab extrinsecis Deo, quæ vocibus concernere videntur in dependentibus, ac non liberis formaliter proximè prædicatis diuinis connotatores cum Vaseque sumus; esseque debent, quicunque digne Theologizentur, de liberis autem formaliter, & proximè prædicatis, seu actibus diuinis (cuiusmodi decreta Dei sunt) sine extrinsecis connotatis eadem diuinæ perfectionis reuerentia, & rationes alia philosophari nos docent.

CERTAMEN III.

*Diuina Scientiæ perfectiones reli-
quæ examinantur & ex-
plicantur.*

1. **D**iuiso scientiæ diuinæ tertia æque, atque præcedentes, vulgata, & antiqua in practicam & speculatiuam est. Speculatiua ea per omnes est, quæ in veritatis speculatione sistit; practica vero quæ ad aliquid exequendum dirigit operatum cognoscentem; unde à nobis controu. dialectica d. prædiali, & controu. de anima, ex communi dialecticorum, & animalicorum sententia definitur *qua versatur circa rem operabilem.* Et modo operabili, quam ibi latius per particulas sigillatim explicamus. In re ergo præsentis scientiæ practicae Dei eadem, quæ in illo causa rerum est illum dirigens, ut aliquid exequi velit, atque exequatur omnino erit. Hinc definienda suborta alia quæstio scientiæ practice venit: an scilicet ad scientiam simplicis intelligentiæ spectet, an ad scientiam visionis, Thomistæ Recentiores ad scientiam visionis solummodo pertinere arbitrantur: quia putant solum scientiam visionis esse causam rerum, eos tamen controuers. 6. de prouid. & 7. de prædestinatione abunde confutabimus. Sed permisso nunc visionem causam rerum esse quia vltra Dei voluntatis imperium, aliud, qui actus intellectus diuini imperatiuus necessarius sit, ut opera extremæ executioni à Deo mandentur, adhuc actus iste visionis intermedius, etsi exequitur sit scientia practica simplicis intelligentiæ excluderet. Primum patet: quia non dirigeret operantem imperatiua illa visio, quæ, vel ad opus, ut prodeat, esset, vel ad potentiam exequentem, quam despotice, ut sic dicam, quin cognitione ageret: exca enim, atque intentionaliter immobilis ea potentia seu omnipotentia formaliter est; physico solum impetu, & impulsu ad opus applicita, & adacta. Patet etiam secundum. Negari siquidem ab his nequit (etsi rerum causa proxima, & directiva Dei ad opus visio illa eius imperatiua esse admittatur) scientiam simplicis intelligentiæ, & opus, & modum illud recte exequendi representantem Deum operatum, eiusque voluntatem intentionaliter mouere, ac dirigere, ut illud exequi modo debito decerneret: ergo neque ab eis potest scientia simplicis intelligentiæ à ratione scientiæ practice secludi.

Aaa

2. Cont

2. Contra vero Doctores nostri, cum scientiam visionis causam rerum merito, & conspirato contra Thomistas hocce negent, eam prius à ratione scientiæ practica excludunt solisque scientiæ visionis, & simplicis intelligentiæ, atque naturalibus effectibus, & operibus ac Thomistarum horum sententiæ confutandæ attendentes intra simplicem intelligentiam totam Dei scientiam practicam coercent, quam dubio procul non coercent, si contingentium conditionatorum nostrorum actuum, & operationum loquerentur, aut meminissent: censo ergo scientiam Dei practicam per scientiam simplicis intelligentiæ, & scientiam mediam diuagari primam ad opera naturalia exequenda: secundam etiam ad apponenda opera libera. Primum probatum est ratione posteriori contra Thomistas: secundum facile ex nostris principiis probatur: quia dubio procul scientia media de nostris conditionatis contingentibus mouetur intentionaliter dirigitureque Deus cum ut habitu in nobis effectum auxilia apponat, cum ut mediis illis, & nostræ libertatis vñ consentum absque frustrationis periculo, & libertatis creatæ præiudicio à voluntate nostra obtineat: ergo ea scientia practica Deo est. Porro huic conclusioni nemo nostrum non consentiet, poteritne aduersari.

3. De visione vero censo cum nostris etiam omnibus nullatenus scientiam practicam, non solum quia causa rerum nullatenus est (quod ipsis, & solum, & sufficiens principium fuit, ut ad res seu opera ipsa vñ scientia practica non esset dicenda) sed ob aliam rationem, quia, non rei vñ solum, & cuius causa non est, sed neque aliarum rerum, cuius rei illius vñ causa, omnium sententia est, scientia practica non esse monstratur, etenim causæ absolutæ applicatæ visionem causam esse Deo, ut cum ea decernat concurrere, atque eius subinde effectus naturalis absolute apponatur, circa dubium est: deinde visionem absolutam meriti, aut demeriti, ut premium merenti concedatur, atque infligatur demerenti supplicium causam esse, nemo est qui dubitet; & tamen neque visionem causæ applicatæ, neque meriti, aut demeriti visionem scientiam practicam, adhuc respectu effectus naturalis, neque respectu premij, vel pænæ, quorum causa est, probari oportet, ut absolute, & vniuersim scientia visionis à ratione scientiæ practicæ excludatur: id autem præsto: quia causæ applicatæ, meritiue, aut demeriti vñ, etiam Deum ad effectum premium, ac supplicium apponendum moueat, ac proinde eorum causa absolute sit; aut ad ea apponenda non dirigit, nec dicat modum, quo apponenda illa sint, quod præter motionem puram voluntatis, quæ in scientia etiam pure speculatiua inuenitur, scientiæ practicæ ratio addit.

4. Hinc proliuius est duarum difficultatum solutio. Prima. An scientia Dei qua verbum producit practica sit? affirmat Aluarez d. 6. de Auxil. sed male quia eiusmodi scientia solum est verbi productio, non autem ad illud producendum directio, ut opus erat, ut respectu illius practica scientia esset. Confirmatur: quia omnis scientia practica ars est de rebus quæ male, vel secus fieri absolute possent, si absque artis seu scientiæ practicæ directione fierent: quare nulli cognitioni naturaliter, ac non ex arte (quemadmodum diuina scientia verbum producit) suum terminum producenti ratio practicæ potest conuenire. Terrio, cum Thomistæ intellectionem creatam, in productione verbi creati constituent, nulla apud eos pure speculatiua scientia erit. Quarto: quia, ut contr. de Trin. d. 5. ostendi verbum non procedit formaliter sumptum, procedit practica erit verbi, quod per illam formaliter sumptum, ne quidem repræsentatur: eadem est difficultas, eodemque modo definienda negatiua, ob tres priores rationes circa scientiam diuinam etiam rationis effectiuam, num practica sit? secunda difficultas an scientia diuina ex qua à Patre, & Filio amor matius & necessarius concipitur quo Sanctus Spiritus procedit respectu huius practica sit: cui etiam negatiue est respondendum, quia ea scientia ad eius productionem non dirigit, neque ars eius producendi est, neque eius proinde est ex arte productio, sed naturalis, & tandem quia

eiusmodi scientia formaliter, qua eius processionem, & amorem mutuum præcedit, Spiritus Sancti cognitio non est.

5. Quarta nec minus communis antiqua, & vulgata diuisio scientiæ diuinæ est, in scientiam simplicis notitiæ, & scientiam approbationis: ceterum harum vocum explicatio, & cuius membro primæ diuisionis in simplicis intelligentiæ & visionis scientiam, alterutra conueniat an vero supra scientiæ rationem aliquid addat? non æque commune & vulgatum Theologis est. Aluarez citata d. 6. concl. 2. & à d. 7. arg. nihilo à scientia visionis scientiam approbationis distingui putat, ac subinde simplicem notitiæ idem prius esse, quod scientia simplicis intelligentiæ videtur docere: atque diuisionem hanc cum prima conuenire, verum cum Deus scientia visionis non minus peccata, & demerita absoluta, quam virtutes, & merita absoluta cognoscat, ni viterius quam visionem scientia approbationis dicat, peccata etiam, & demerita scientia approbationis cognoscere, æque atque absolute ea dicitur videre, ut expressè ipse fateatur quid ni Deus per hunc Authorem etiam ea dicitur approbare: id enim de se scientia approbationis significat, & Patres omnes intelligunt: ut videre est apud nostrum Ruiz de Montoya de hac diuisione agentem, & ex scripturæ locis, quorum iam vnum vel alterum subiiciemus: quare opinatio hæc merito à scholis Catholicis releganda videatur.

6. Gonzalez Albeda, est in eandem sententiam videatur abiisse ex generali sibi, & suis Dominicanis Recentioribus principio: nempe scientiam visionis esse causam rerum, & alio priscis Theologis receptissimo, scilicet scientiam approbationis rerum causam esse; tamen cum neque ipse, neque ex suis alij Deum esse causam peccati admittant, est ex eo, quod materialis peccati, quod prædeterminatiue per ipsos prædestinat, causa sit, ad illud etiam admittendum vi consequentiæ agantur, peccata quæ videt scientia approbationis cognoscere ex sua hac conclusione neque admittunt, nec tenentur, neque vniuersim sui Aluarez conclusioni consentiunt, qua vñ cum scientia approbationis ad conuertentiam dicitur, solum visionem eorum, quæ causat Deus scientiam approbationis totam contineri docent; neque ad visionem eorum, quæ non causat, nempe peccata extendi: quod, licet falso, ut dixi principio innuitur Thomistæ, & alteri communi, & antiquo; quare aliquatenus, sed non omni ex parte verò, absurditatem tamen conclusionis Aluarez declinat.

7. Ex priscis Theologis communis sententia fuit scientiam simplicis intelligentiæ quæ causa rerum est esse approbationis scientiam, non quidem simplicem intelligentiam nuda sumptam, sed ut coniunctam cum voluntate seu decreto Dei ad quod mouet, & medio quo res causat, ita expressè Sanctus Thomas pluries (ut hæc etiam in re non semel suorum Dominicanorum sententia repugnet) questione 3. & 8. de veritat. & 1. part. qu. 14. artic. 8. corpore in hæc verba: *Vnde necesse est ut sua scientia sit causa rerum, secundum quod habet voluntatem coniunctam, vnde scientia Dei secundum quod est causa rerum conuenit nominari scientiam approbationis.* Hoc, & similibus S. Thom. & priscorum doctorum testimonij scientiam approbationis per id, quod causa rerum sit, tanquam per propriam notam à scientia notitiæ simplicis distinguunt plerique ex nostris, atque scientia simplicis intelligentiæ eorum tantum, quæ Deus per scientiam simplicis intelligentiæ, non autem visionis causat, putant coercent, quibus Recentiores Complutenses sæpe à nobis impugnati consentiunt. Soarius vero noster 3. de attributo cap. 4. num. 11. melius censet etiam ad visionis scientiam porrigi scientiam approbationis.

8. Censo ergo scientiam approbationis tam in scientia simplicis intelligentiæ, quam in scientia conditionatiue & visionis reperi, neque causationem rerum scientiæ approbationis esse characterem, sed solum beneplacitum diuinum suæ scientiæ cuiusque adiunctum, quo, vel quæ vider facta, approbet, vel doceat faciendæ: & primo esse causam præcise rerum satis non esse, neque rationem, ut scientia Dei scientia appro-

bationis sit manifeste probatur. Nam scientia Dei præcise, quæ practica, non est scientia approbationis, quousque Dei beneplacito ipsa & per ipsam secuto ipsique adiuncto de re faciendâ scientia approbationis sit ac denominetur: ergo ratio causæ rerum præcise non est ratio scientiæ approbationis, vel adiunctio diuinæ voluntatis, seu beneplaciti, & decreti de effectu in rebus ponendo, quod per ipsam sollicitatur, quoque medio ponitur, eam scientiam approbationis scientiam formaliter constituit. Probatur secundo ex verbis datis Sancti Thomæ, quibus decepti nostri Doctores sunt, vt per rationem causandi, seu, quod scientia Dei causa rerum sit scientiam approbationis formaliter constitui putarunt: cum ideo dicat scientiam quæ rerum causa est, scientiam approbationis, & esse, & nominari: quia nisi adiunctio beneplacito Dei rerum causa de facto esse nequit, vt præmiteratur: est igitur verum, & apud Theologos constans scientiam omnem quæ causa rerum sit scientiam approbationis, non, quia causa formaliter, sed quia, vt causa sit, diuinæ voluntatis de re faciendâ beneplacitum, seu approbationem, quæ ipsam approbationis scientiam formaliter constituit, debet habere.

9. Hinc conclusio nostra de diuagatione scientiæ approbationis, per scientiam conditionatam, & visionis, nec sola illam simplici intelligenti contineri facile monstratur: quia forma constituens scientiam Dei approbationis scientiam, est adiuncta, & secuta diuinæ voluntatis approbatio, & beneplacitum: atqui diuinæ voluntatis approbatio adiungi, sequique potest, tam scientiam simplici intelligenti, quam mediam, & visionis, de factoque eis omnibus adiungitur easque sequitur: ergo ex omnes approbationis scientiæ de facto sunt, nedum esse possunt. Maior statuta proximè fuit. Minor probatur. Nam diuinæ voluntatis beneplacitum, & approbatio, non minus de re facta, quam de faciendâ esse potest, de factoque in Deo est: atqui, quæ de faciendâ est, si contingentiâ faciendâ sunt, adiungitur scientiæ mediæ, illamque subsequitur, æque, æque scientiam simplici intelligenti subsequitur ipsique adiungitur, si faciendâ sunt naturalia, & necessaria, causisque suis non contingentiâ: quæ vero de factis complacentiâ beneplacitum, & approbatio diuinæ voluntatis est, scientiæ visionis adiungi, illamque subsequi potest, de factoque illi adiungitur, illamque subsequitur: ergo constans est minoris illius veritas.

10. Maior, quoad possibilitatem, est euidentis: quoad de facto de faciendâ, est æque nota, neque à nostris Doctores negatur, imo ab illis cum sancto Thoma recitatur, & præcis Theologis asseritur: quatenus vero de facto approbatio diuinæ voluntatis asseritur fide, & Patrum auctoritate, & certior adhuc, & firmior, vt ex dicendis in probatione postremæ partis minoris constabit: & quidem primam minoris partem, quæ ad scientiam mediam attinet, nobis vltro doctores nostri donant, donareque velint nolint, debent. Siquidem non minus adiungitur, sequiturque per ipsos beneplacitum, & approbatio effectiua tum purificationis conditionis, tum honesti, & contingentis nostri consensus scientiam mediam de eius conditionata contingentis futuritione, est respectu huius efficax de se, & ab intrinseco non sit) quam approbatio, & beneplacitum efficax de effectu naturali, & suis causis necessario scientiam simplici intelligenti de illo sequatur, eique adiungatur, vt causa eius effectus naturalis ea scientia simplici intelligenti de facto sit.

11. Quoad postremam minoris eius partem, quæ de facto loquitur probatur. Est enim de fide ex Genes. 1. nam. 31. seu capitis sine, vbi rerum creatione peracta, summatimque toto illo cap. relata dicitur, *vidisque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*: quibus, vt verba ipsa absolute, absque interprete etiam, conueniunt generalis voluntatis Dei de factis cunctis coniectum vltis complacentiâ, beneplacitum, & approbationem adiuncta, secutaque de facto eorum omnium visionem continetur: sicuti, & singulatim de vnoquoque eorum iam facto, ac viso similis voluntatis diuinæ complacentiâ, & approbatio post vniuersaliusque absolutam executionem in superioribus capitis partibus referebatur confirmatur: quia ita, & hunc, & similes eius capitis textus interpretes, & Patres omnes commentantur, quod in adeo apertis locis, secus fieri non potuit. Probatur secundo ex locis, innumeris, quibus peccata absoluta, & peccatores ignorare Deus dicitur in scriptura: *mundi sunt oculi tui ne videant malum* Habacuc. 1. & Matth. 25. *Amen dico vobis nescio vos*. Quæ Patres, & interpretes omnes de scientia visionis quæ ex subsequuta, adiunctaque approbatione, & beneplacito Dei approbationis scientia sit interpretantur: quia alias verum habere non possunt.

12. Ex innumeris videndis, cum ad ea loca, tum apud Suarez, & Ruiz citatos vnum Augustinum produco 1. quæstion. in Exod. 33. *Noui te ex nomine quæst. 152. vbi sic: Numquid Deus plus aliquid scit, & aliquid minus? an secundum quod in Evangelio dicitur quibusdam non noui vos? secundum hanc sententiam, quæ Deus dicitur scire, quæ illi placent, nescire, quæ displicent, non quia ignorat ea, sed quia non approbat, & in Psalm. 100. ad illa verba: declinantem à me malignum non cognoscebam, ita scribit: quid est non cognoscebam? non cognoscebam, non laudabam: cognoscere enim in scripturis inuenimus aliquando pro eo, quod est placere nobis: & sane locutio hæc hominibus vtriusque, & frequentissima est: sic enim de aliquo, quod nobis displicet rogati an illud sciamus, respondere solemus, *sine me: nihil de eo scio, scireque nolo*. Nec audienda est Complutensium Recentiorum solutio, ita approbationis scientiam in scriptura, & Patribus, secus vero à scholasticis usurpatam, qui de sola scientia, quæ causa rerum sit eam usurpant: ostendi enim num. 8. in Scholasticorum intelligentiâ sic respondentes deceptionem passos. Nec præcis Theologi, qui ex puris scripturæ, & Patrum locis ac sensibus, cum in Scholasticam methodum disposuerunt ab illorum sententiâ, & sensu declinasse, credendi prouidentur sunt.*



QVÆSTIO II.

De Diuinæ scientiæ propriis affectionibus, & proprietatibus.

DV M de diuinæ scientiæ proprietatibus, seu propriis affectionibus inquirimus, proprietates reliquis prædicatis diuinis communes vti infinitatem physicam, improductibilitatem, æternitatem, immutabilitatem &c. à præsentis quæstionis examine relegamus: de eis siquidem omnibus pro cunctis diuinis prædicatis controuersi. 1. per disputationes plures singulatim à nobis, nec scire, & curte sed abunde disputatum est: quæ autem ex scientiæ Dei specialis, satilque contra immutabilitatis attributum captiosa suborta est difficultas, quæ proinde non importune quæstioni huic inseri possit, eadem controuersia dum de immutabilitatis diuinæ attributo ageremus perpensa examinata, & complanata sic fuit, vt nullo alio examine egeat, vt quiescat: præsertim, cum controuers. hæc 2. doctrinam eandem præstius, & forte viuidius, alterius affinis difficultatis occasione repetere coacti simus. Duo ergo ad quæstionis præsentis examen vocanda. Primum diuinæ scientiæ indefectibilis, siue infallibilis veritas, & certitudo, quæ lineæ scientiæ affectio propria est.

Secundum de diuinæ scientiæ simplicitate, cum vero iudicio, quod compositiōnem, aut diuisionem sonat, concordia.

CERTAMEN I.

De diuina scientia certitudine, & veritatis infallibilitate.

1. **D**iuinam scientiam certum aequale est, certam, atque necessariam, siue indefectibilis veritatis & infallibilis esse, atque esse scientiam: dicit autem ultra veritatem (quae communi sententia in scientiis, seu iudicij adaequata conformitate consistit, ut ita prolixius obiectum habeat sicuti iudicio enunciat) principij, seu principiorum scientiae determinationem, quali in actu primo ad eam scientiam cum obiecto conformitatem, seu quod idem est, scientiae veritatem: nec satis ad certitudinem diuinae scientiae de qua in praesenti, quod scientia ex suppositione quod vera sit, nequeat a veritate deficere, siue proinde veritatis indefectibilis, sic enim plurimum sententia non solum certa, & euidens scientiae ex certis, & euidens principij, & mediis comparata, verum & quae ex probabilibus, imo & falsis, ex quibus quandoque verum colligitur procedunt, si semel veritatem habeant nequeant illorum sententia a veritate deficere: coque sensu indefectibilis veritatis, ac necessitatis ex suppositione per illos Doctores sunt: quibus proinde proloquij loco habetur: *propositio, quae semel est vera semper est vera.*

2. Et apud omnes certissimum est propositionem veram, pro tempore, quod vera est, necessitatem veritatis esse ex suppositione: quemadmodum contingens in sua causa quoduis ex suppositione, quod sit, seu quamdiu est, necesse verum: sicuti autem ea contingens necessitas ex suppositione satis non est, ut ex necessitate, seu necessario esse absolute dicatur, nec sit absolute contingens, nisi pro priori naturae, & in sua causa determinationem efficiendi effectus supponat: ita neque necessitas, & indefectibilis veritatis scientiae, ex suppositione, quod vera sit eam necessitatem & indefectibilis veritatis, seu certam absolute facit, nisi veritatis eius indefectibilis, & certitudo, siue determinatio ad veritatem ex parte principij scientiae supponatur, ac praecedat. Cum igitur de Dei scientia absoluta certitudo inquiratur, atque veritatis absoluta necessitas, seu a veritate indefectibilis, ea absoluta veritatis necessitas atque certitudo inquiratur, quae ex determinatione principij eius scientiae ad eius veritatem est, ut eam scientiam esse, ac non veram esse repugnet, omnemque ab illa falsitatis contingentiam anticipato secludat.

3. Praefata scientiae diuinae certitudini fidem in primis facit, quae ex fide in ipso est futurorum contingentium praescientia constanter, ac semper vera, quam ut Dei propriam, ex sacra pagina, patribus, & hominum constati iudicio supra statimus: quae enim semper, constanterque scientiae veritas inest, non ex accidenti, sed ex necessitate, & determinatione cognoscentis, ad verum, ac non falsum cognoscendum, ipsam contingere euidens est. Probatum secundo: quia necessitas, & determinatio cognoscentis in actu primo ad verum, ac non aliter de rebus, & obiectis cognoscendum perfectio est, & praecise considerata, siue imperfectio in linea cognoscentia, & cognoscentis: ergo Deo tribuenda: ut reliqua Dei attributa discursu simili Theologico de Deo monstrantur: eodemque non solum scientiae diuinae certitudo, sed & euidens absoluta demonstratur, ut consideranti patebit: in hac vero certitudine scientiae diuinae, absoluteque euidens, seu determinatione principij eius ad verum, & euidens cognoscendum, ac de obiectis cunctis iudicandum assignanda, nec tunc, nec eodem modo ab omnibus Theologis, discuti potest, sed diuersimode pro diuersitate principiorum, quae nonnulli in hac materia statuunt, ut ex difficultatibus contra secundam conclusionem, communem etiam, iam subsistentiam clarebit.

4. Dicendum secundo cum omnibus Theologis: scientiae diuinae certitudinem, & euidens absolutam aequam esse in ea, de quocunque obiecto sit, siue increato siue creato, siue possibili, siue absolute futuro, siue necessario, siue contingenti. Ratio est: quia ea determinatio ex parte principij cognoscentis diuini, & obiecti primarij, & specificatiui adaequati diuinae scientiae delumenda est: non autem ex obiectis pure terminatiuis, cuiusmodi sunt extrinseca obiecta omnia, ad quae praehabita, e suo principio, & adaequato specificatiuo secundum totam suam simpliciter infinitam intrinsecam perfectionem representationis, absque villo sui in ratione representationis augmento, aut variatione, diuina scientia per illorum solum extrinsecam positionem, tanquam ad obiecta pure terminatiua, nullatenusque specificatiua, seu, a quibus in sua intrinseca entitate perfectione, & representatione, adhuc tanquam a termino, intrinseca suae entitatis, siue entitatis connexionis, & respectus transcendentalis dependeat: cum autem inde clareat, Deum ipsum, ut principium, ac, ut specificatiuum adaequatum obiectum suae cognitionis, tam circa se, quam circa reliqua obiecta omnia extrinseca certitudinem, & euidens obfirmare, claret etiam certam, & euidens, perfectamque eius scientiam de quouis alio obiecto extrinseco, viliusmo etiam, & contingentissimo, atque de seipso fore: quare in nostro hoc principio de adaequato diuinae scientiae specificatiuo in essentia Dei sola constituto difficultates omnes ante eorum ortum subleuantur.

5. Recentiores Complutenses ex principio suo de tota scientiae diuinae infinitate, & perfectione ex Deo, ut principio solum elicito ipsius, non autem ex eo, ut adaequato obiecto specificatiuo eius, atque putant difficultates praefatas componi: ceterum, & principium illud falsum esse ostendimus d. 3. quae parte docet eio- lo principio elicenti, & subiectiuo Deo totam scientiam diuinae perfectionem desumi, quin Dei ipsius, ut obiecti specificatiui ratio ad perfectionem, & infinitatem illam scientiae diuinae asserendam ratio habeatur: ubi aliorum attributorum (quorum exemplis ad id fuadendum deceps vritur) a scientia diuinitatem manifestauimus, secundo principium hoc cum eorum principio alio pugnat, redduntque ad praesentes difficultates euacuandas inutile, docent enim omnia, & singula obiecta, etiam extrinseca, & viliusmo (pulcem puta) diuinam de ipsis scientiam specificare, quolibetque deficiente scientiam de ipso formaliter defecturam: quippe quae essentia sua sui obiecti respectus sit, & tanquam a termino intrinseca suae connexionis, dependens.

6. Et sane (ni verborum stata apud Philosophos, & Theologos omnes significatione abutamur) cum specificare idem sit, quod speciem specificato tribuere, & perfectionem, atque eas specificatum a specificante, seu specificatiuo recipere, sit primo: speciem, & perfectionem cognitionis de quouis obiecto extrinseco, vel intrinseco ante huius specificatiui influxum (ut sic loquar) e solo Deo principio, & subiecto non praehaberi: quod eorum principio repugnat, siue ad rem praeterit: quod eorum cognitionem de obiecto extrinseco sententia secundo: cognitionem de obiecto extrinseco diuinam aequae perfectam non esse, atque illa, quae de Deo ipso sit. Tum etiam scientiam de musica non esse aequae perfectae speciei aequae scientiam de Angelo, homine, equo, vel boue: nam specierum scientiae perfectiones ab earum specificatiuis taxati statum habent in Philosophia, & Theologia fuit. Fieri recto: non esse aequae certam, & euidens Dei scientiam de creatis obiectis, ac de se ipso: quia non solum contingentia obiecta, verum & necessaria creata, adhuc possibilis, quae talia minoris necessitatis sunt, quam Deus, ut controuersi. I. atque hac 2. & controuersi. de Trinitate. 2. contra eosdem Recentiores ostendimus: quare minoris necessitatis horum scientia, eiusque veritas, & certitudo ipsis imminens erit, quam scientia de se ipso.

7. Ad haec: cum praefati Recentiores Deum, & se in creaturis, & has in seipso scire asserant, tanquam in medio, dubio procul suis scientia, quae medium re- praescient

presens certior largiorque, & certior seipsa erit, quia in medio aliud attingit, unde non solum qua Deum attingit seipsa perfectior, certiorque, & evidentior erit, quia inde creaturas pertingit: verum qua attingit creaturas certior, evidentior seipsa qua in illis, tanquam medio Deum repræsentat, quod totum Aristotelico proloquio: *Propter quod unumquodque tale, & illud magis*: contradicit. Respondent Recentiores Complutenses: proloquia similia ut sonant, nec solum proprio sensu, & intento ab eorum adiutoribus accepta esse totius bonæ Philosophiæ pestem: id quod, & nos sæpe ac iure notauimus. Addunt vero proloquij huius verum, & intentum ab Aristotele, & Philosophis sensum in fine, seu causa finali locum solummodo habere, ut in formali patet: verum, etsi non in omni genere causæ verum habet proloquium illud, ut de formali constat: tamen Aristoteles, & Philosophi illud, non de causa finali respectu mediorum primitus intellexerunt, (et si id fuit etiam, ob rationis paritatem, post modum merito accommodatum sit) sed de medi ratione quorum, fuit, in quibus, seu ex quibus aliud cognoscitur, cognitionique illorum respectu cognitionis eorum, quæ in illis, fuit ex illis cognoscuntur, & conclusionis qua cognoscuntur: ut nimirum præmissas, qua tales, evidentiores conclusionem necessario fore monstraret Aristoteles libro de posterionibus vbi ad id probandum proloquium illud constituit.

8. Eius ratio est, quia principia, quibus media ad inferendam conclusionem cognoscuntur, vel per se, vel per experientiam nota sunt, vel saltem principis per se, vel per experientiam notis proximiora, quam conclusio ex illis deducta: quare, vi primo, & naturali rationis lumine, & evidentia viciniora, magis de illo, quam remotior conclusio participant. Id quod in cognitione quantum infertur, quæ medium, & in ipso aliud repræsentat locum formaliter habet: ut scilicet, qua formaliter medium repræsentat, certior evidentiorque sit; qua vero repræsentat aliud in ipso æque certa, & evidens esse non possit: siquidem representationis formalis medij evidentia, ac certitudinem innititur, ab eaque, tanquam à ratione, & quasi causa æquiuoca, certitudo cognitionis alterius in medio derivatur: cum eiusdem rationis non sit certitudo, & evidentia cognitionis rei non in alio, sed in se, cum evidentia, & certitudine rei non in se, sed in alio: quare hanc oportet in cognitione formali medij eminenter, ac subinde cum excessu, contineri: quidem Recentiores Complutenses, quoad claritatem cognitionis medij directe cogniti, maiorem, quam sit in cognitione indirecti obiecti, quod in ipso cognoscitur, huc argumento concedunt: quoad evidentiam, & certitudinem reluctantur: cum tamen æque de eis omnibus probet: nec appareat, quoniam cognitionis claritas ab eius evidentia, nisi vocibus differat. Hæc etiam ratione (quam huc instruendam remissum d. 7. quæst. 5. certam. 3. num. 8.) probatur vltus medij, in quo aliud cognoscatur, Deo repugnans, ut ibi haurire pressi: quia eius probationis efformandæ propria hic sedes. Concludo ergo statim hanc apud Theologos conclusionem de æqualitate certitudinis evidentia, & perfectionis diuinæ scientiæ, de quous suo obiecto ex nostra doctrina de Deo adequato suæ omni-scientiæ specificatio vnicè dependere, quæ ex dictis non leuiter firmatur.

CERTAMEN II.

An diuinæ scientiæ simplicitas, & indivisibilitas cum obiectorum diuersitate conferat.

Phisica diuinæ scientiæ simplicitas, & vnitatis ex his controuersiam Theologis est, quantumvis cum extrinseca obiecta diuina absque numero numerentur.

tur: id enim constans Dei attributum est, omniaque eius attributa, & prædicata diuina transcendens. At vero formaliter, & metaphysice loquendo absque fictione vlla, obiectiua diuisionem patitur: an scilicet cognitio Angelici diuina, formaliter loquendo, à cognitione hominis diuersa metaphysice sit? an formaliter ex parte actus infertilis, & eadem: in questionem à nonnullis vocatur: in qua Complutenses Recentiores, cum distinctione loquuntur. Atque enim, directam omnium suorum obiectorum scientiam, pro cuiusque diuersitate, formaliter, & metaphysice diuersam esse: & coniectarie quidem ad suam doctrinam de specificatione diuinæ scientiæ, à quouis suo obiecto directo: scientiam vero, qua vnum obiectum directe cognoscitur, atque in eo tanquam in medio indirecte cognoscitur aliud, eandem formaliter, & metaphysice ferri in verumque, neque pro indirecti, & in alio cogniti obiecti diuersitate representationem formalem esse metaphysice in Deo multiplicandam: quia indirectum illud obiectum materiale solum scientiæ illius obiectum est: hanc, quasi à priori, rationem pro conclusionis suæ potestatem hac parte cursim assignant; re autem vera obiectiōis à nostro Ruiz, & Recentioribus pro opposita sententia nostra citandis, (quod nulla esset in Deo cognitio, quæ sui comprehensio foret, etsi diuersis cognitionibus, quasi cumularim iunctis, ac non subordinatis, & se; & creata, quæ ad ipsum procubiduo spectant, aliquidque ipsius sunt, Deus noster) metu in eam conclusionis partem fuit actus. Doleo nunquam me cum adeo ingeniosis Recentioribus, neque in Philosophia, neque in Theologia posse conuenire.

2. Quoad vtramque sententiæ suæ partem displicent. Nec solum ex generalibus nostris principiis, quoad primam: sed etiam ex suis: etsi enim coniectarie ad suum principium de scientiæ diuinæ à quouis suo obiecto, etiam extrinseco specificatione sæpe à nobis confutata philosophentur; alit nec in eo principio, nec in ea sententiæ parte consequenter ad aliud suum principium generale loquuntur: docent enim totam infinitatem simpliciter, & è genere suo diuinæ scientiæ in sua linea, & genere scientiæ, & representationis à Deo subiecto, & principio illius adæquate, & totaliter, atque indiuisum desumi; non secus atque à Deo subiecto omnipotentia, & reliquorum non vitalium attributorum infinitas simpliciter, & è genere suo adæquate, & indiuisum desumitur: implicat autem ita indiuisum, & adæquate omni-scientiam infinitam simpliciter, & è genere, & conceptu suo à Deo subiecto, & si velis, principio scientiæ Dei oriri; & tamen in genere scientiæ, & representationis ab obiecto vilo, nedum ab extrinsecis, specificari, ab eisue ipsi aliquid in eo genere addi: quod est, cum primum Dei scientia, & diuina è Deo subiecto est, neque infinitam simpliciter, & è genere, & conceptu suo infinito, & omni-scientiam esse, ut ex dictis de diuersitate infinitatis, & simpliciter, & è genere, & conceptu suo ab infinitate non è genere, & conceptu suo, sed in genere suo tantum, manifestum est: de quo sæpe controuersi hæc, & controu. 1. Patet implicatio, quia, quod additione formalitatis, seu formalitatum scientiæ, & representationis infinita, & omni-scientia est, è conceptu, & genere suo, nec omni-scientia, nec infinita formaliter est.

3. Diplicet etiam pars eia sententiæ secunda primo, ob inanem metum difficultatis, quo adacti in illam Recentiores fuere: etsi enim cognitio omnium extrinsecorum, quæ ad Deum spectant, ex cumulo cognitionum non subordinatarum, sed coaceratarum, & quasi per acciden compacta ad comprehensionem strictam non sufficiat; at vero, si ex vi cognitionis Dei de sua omnipotentia formalis, creatorum omnium formales cognitiones diuersæ, quas possibiles absolute admittis, Deo accrescere dicas cognitiones, & omnipotentia & creatorum omnium subordinatas esse ostendes, atque horum omnium formales cognitiones ex vi formalis cognitionis diuinæ de omnipotentia provenire: quare ex vi visionis formalis de se suaque omnipotentia nihil sui Deum latere, & se rigorose comprehendere: secundo: quia, si locus pateat, (quem hi aperiant) specificationi diuinæ

scientiæ ab objectis extrinsecis, nescio cur ab his omnibus, quæ ipsam terminant, per eamque formaliter secundum suam obiectivam veritatem representantur, esset ex medijs alterius determinatione diuinam scientiam non specificent, ac pure materialia, & non specificatiua dicantur. Confirmatur: quia simplices apprehensiones omnes (quibus motuum nunquam est) solum obiectum pure terminatiuum, à quo ob solam terminationem specificentur, habent: materiale autem hoc à pura terminatione scientiæ, nequit excludi: ergo neque à specificatione ipsius.

4. Confirmatur ad hominem vigentius: quia, etsi cognitio alterius in alio tanquam in medio, abstractiua vi medijs solum sit, tamen ratione perfectionis Dei medio illo videntis intuitus obiecti in medio illo cognitio euadit, vt supra d. 7. quest. 5. certam 3. respondebas, & impugnabamus: quod est cognitionem, quæ vi, & determinatione medijs præcise indirecte, & abstractiue obiectum illud representatur erat, ex perfectione Dei cognoscentis per medium illud, eiusque determinatione excitati, & determinati ad intuitionem, & directam alterius obiecti visionem diuersi atque perducit: atqui per te obiecta omnia directa, siue directe representata diuinam scientiam specificant, & diuersificant formaliter à cuiusvis alterius obiecti scientia: ergo &c. Denique cognitio vnius non in alio, sed in se, à cognitione alterius in alio, & non in se plus multo formaliter differt, quam cognitio vnius in se à cognitione alterius in se. Hæ enim cognitiones formaliter, & metaphysice specie infima conueniunt: illæ vero specie, imo genere intermedio formaliter metaphysice distinguuntur: ergo magis repugnat illas primas formaliter metaphysice adunari identificarique, quam secundas: quo enim maior, distantiorque extremorum distinctio, separatioque est, magis repugnat eorum adunationi, & identitati: atqui per te secundarum vnitas & identitas formaliter metaphysice repugnat, vt prima tuæ sententiæ parte asseris: ergo multo magis repugnat primarum vnitas & identitas, quam secundarum parte defendis.

5. Secunda, & communis sententia est: scientiam Dei pro obiectorum diuersitate adhuc formaliter metaphysice, vnā atque inextensibilem esse, quin pro obiectorum diuersitate, diuersis formaliter metaphysicis scientiæ partibus in omnis scientiam metaphysice constetur: ita sepe, ac semper noster Valquez cum Asseclis Ruiz de Montoia d. 2. de scientia sect. 4. à num. 5. & qui nobiscum scientiæ diuinæ specificationum adæquatum Deum ipsum constituunt: inde enim fit è Deo ipso primario suo obiecto, & specificatione adæquato Dei scientiam omnem suam formalem representationem ex parte obiecti trahere, esseque, vbi primum est, omnis scientiam formaliter, & quæ, sola obiecti cuiusvis extrinsecæ positione, absque vlla sui intrinsecæ variatione, & augmento, illud representet, vt sepe docuimus. Probatum secundo ex generali nostro principio monstrato controuersi. 1. quia quoduis prædicatum diuinum, è genere, & conceptu suo formali infinitum simpliciter est per denegationem termini, etiam extrinseci, rationis, & generis eiusdem: atqui, quod ita infinitum est, omnem formalitatem rationis, & generis eiusdem in conceptu, & essentia sua formali claudit: ergo implicat extra essentialem suum conceptum aliquid eiusdem generis, & formalitatis esse, atque eam ex partialibus scientiæ conceptibus infinitis metaphysice in omnis scientiam constari: quia è conceptu, genere, & essentia sua infinitum non est, cuius essentia, & conceptus saluari absque infinitate potest: vti in quavis ex illis partialibus scientiis, saluaretur, quibus infinita scientia, & omnis scientia Dei constaretur.

CERTAMEN III.

Discursus ratio diuinæ scientiæ simplicitati repugnat, vbi de scientia, quia, & propter quid.

1. **O**B hanc diuinæ scientiæ simplicitatem discursus ratio propria ab ipsa per Theologos omnes relegendatur: dicit enim ille proprietate sermonis mentis discursus, à cognitione vnius in alterius currere, & incurere cognitionem: qui cursus, si verus, ac non fictus per rationem sit, alterius ab altera cognitione realem distinctionem Deo impossibilem supponit: sed est demum ad discursum verum, propriumque distinctionem formalem cognitionem satis esse: cum nullam in diuinā scientia cognitionum formalem diuisionem esse, sed summam eius, est circa obiecta diuersa, formalem, & metaphysicam identitatem ostenderimus, discursus ab ea ratio omnis aleganda esset: vade & questio alia, an scientia quia seu rei per effectum, & propter quid seu effectus per causam admittendæ sint proprietate sermonis: manent negatiue definitæ: quia alterutra ex illis discursum (Deo vt dixi impossibilem) proprium importat: sed adhuc in propria significatione, qua solum dicitur cognosci effectum in sui causa, tanquam medio, vel causam in suo effectu absque vlla cognitionum reali, vel formali diuersitate neganda vtraque scientia in Deo est ex dictis d. 7. tota quest. 5. vbi omnem medijs vsum ad alterius cognitionem ostendimus impossibilem.

2. De materia vero, quam questio hæc supponeret, potius, quam de questione ipsa lis cum Thomistis aliquot est. An scilicet necessarium veritatem, siue obiectorum, quæ æternæ veritatis esse dicuntur, causa deret? & quidem Dei, atque attributorum eius, quæ æternæ veritatis obiecta positæ sunt, quia ab æterno re ipsa absolute subsistunt nullam veram sui causam (ea adhuc, quæ alia in Deo metaphysice supponunt & subsequuntur) habere certissimum est: cum toto ea diuinorum prædicatorum re ipsa identificatorum, & eorundem, prioritatis, & posterioritatis ratio, atque successio, & coordinatio ficta per rationem nostram sit: quare ad obiecta æternæ veritatis præcise, siue quæ, vt cognoscantur, & vere iudicentur abstrahunt, præseinduntque à tempore omni, tota questio deuolvitur. V. g. de hominis possibilitate, & prædicatis essentialibus, seu, quod possibilis, aut animal rationale sit homo, (quæ nusquam in sui veritate à tempore aliquo pendet) causam veram habet: video, intra methodo, huius controuersie questionem non esse: sed minus methodicorum abusus eam hic versandi non vsum solum, verum & necessitatem nobis fecit.

3. Gonzalez Albelda d. 33. sect. 1. §. Tertio dico affirmatiue: quia sanctus Thomas 1. p. quest. 21. a. 1. ait: *hominem propter diuinam bonitatem hominem esse*, & quest. 103. a. 1. ad 3. ait: *naturam esse quam recipiunt homines à Deo*: & 1. 2. quest. 91. a. 4. *æterna & necessaria legi æterna Dei subiaci in quantum rationem esse in diuina sapientia*. Tertio: quia in Deo idea hominis possibilis est, & eius quod est animal rationale esse, & ratio, quam esse hominis imitetur: ergo & in Deo est causa, & forma possibilis hominis, & eius, quod est illud animal rationale esse: quarto: quia vtrique illa necessaria hominis veritas, & comitans bonitas summe perfecta, & vltimus finis non est, sed & limitata: ergo, & dependens à bonitate Dei atque ad eam, vt ad vltimum finem ordinabilis, ac proinde causam finalem habens. Thomistica hæc argumenta, & principia robust capiant ex nostris pro eadem conclusione possibilium, qua talium, terminum necessarium omnipotentiam esse, & non contra omnipotentiam, & possibilium, vt dicimus: quia

quia possibilia, non à se possibilia, sed ab alio sunt: in quo conceptu eorum ab omnipotentia dependentia; tanquam à termino essentialis suæ connexionis est, & in omnipotentia aliqualis ratio causæ respectu ipsorum. Denique in nostri Valentia, ut putatur, & Recentiorum sententia omnipotentia possibilibus forma, & possibilitas tota formalis est: quia per impossibile sublata non magis possibilia, & æternæ veritatis essent, quam id, quod album est sublata albedine album foret: ergo veritates illæ necessariæ causam formalem habent.

4. Opposita Conclusio negans veritatem earum necessariorum causam, vera est, & communis: fundamenta pro opposito ex sancto Thoma è re non sunt: cuncta enim de homine absolute existentia sunt, non de possibili, ut verba eius sonant (etiam secundus locus non falso referretur). Neque enim esse hominis, absolute dictum, est esse possibile, neque hoc à Deo recipitur, sed esse absolutum: & id quidem ob diuinam tandem bonitatem ex Dei misericordia, & iustitia, ex quibus omnia eius opera fieri primo loco formaliter contendit. Tertio loco necessaria legi Dei subiacentur, quoad eorum absolutam existentiam, circa quam solum lex, & gubernatio locum habent, non circa eorum possibilitatem: quia non ideo possibilia sunt, quia à Deo sciuntur talia; sed è contra potius ideo sciuntur, quia possibilia, ac proinde non subduntur legi Dei, in quantum sunt in diuina sapientia, & in quantum possibilia sunt æternæ veritatis necessariæ, sed contingentiæ absolute existentia, quæ eis iuxta præscriptum modum, & rationem scientiæ simplicis intelligentiæ dirigentis attribui illis debet.

5. Idea item, si pro ratione seu scientia, & arte Dei de absolute faciendis, siue obiectiue pro eius obiecto, aut termino scientiæ, & artis illius usurpetur (iuxta dicenda, q. sequenti) possibilibus secundum eum statum possibilitatis causa non est; neque enim secundum eum statum fieri à Deo, eiusque idea possum; sed solum secundum absolute existentia statum: similiter, etsi infinita non sit bonitas creata possibilis, secundum eum statum Deum vltimum finem habere nequit, neque ad ipsum tanquam ad finem ordinari; sed, ut summum, secundum absolute suæ existentia statum: imo nec secundum hunc, cum ad hoc, vt Dei bonitas sit, nec medium creata, neque conducentia, vtiliaue esse queunt, illa Valentia putata doctrina, ex qua arguebatur loco postremo falsa, & multis reiecta à nobis fuit controuersa.

6. Penultima ratio, etsi verosimilior, nihil probat: quia ratio terminum connexionis ratio causæ eius, quod essentia sua termino illi connectitur minime est, vt patet in actione effectui, qui eius causa non est, essentia sua conexa. Dicique vltimus posset possibilia secundum eum statum in actu exercito non esse omnipotentia conexa, sed solum in actu signato pro statu absolute existentia ipsorum: conceptus enim essendi ab alio siue ab omnipotentia hanc respicit, vt actuum principium, quod respectu status possibilitatis creaturarum omnipotentia exercere, neque est, neque esse potest, sed signat solum pro statu absolute existentia earum, pro quo solum eas potest producere: imo vero, vt omnipotentia omnino absolute talis etiam ex parte obiecti sit intrinsecam earum non repugnantiam videtur supponere, nullatenusque etiam vt terminum constituit: ita vt, quemadmodum omnipotentia secundum iustitiam sumpta est Petri v.g. & reliquorum creatorum potentia si non repugnet, ita Petrus possibilis, si aliud sit à quo esse possit, quin ab huius determinate existentia absoluta in sui possibilitate pendat.

CERTAMEN IV.

Simplicis apprehensionis, & iudicii distinctionis, huiusque ratio diuinæ scientiæ simplicitati non officium.

1. **S**implicem apprehensionem dari in Deo commune, & certum apud Theologos est: tamque certum, quam dari in illo de rebus cunctis, siue affirmatiuum, siue compositionis quod vocant, siue negatiuum, seu quod diuisionis appellant iudicium, quia cum iudicium quoduis conuenientia subiecti cum prædicato (si affirmatiuum, & assensus sit) propositione, & cognitione ducatur; si vero negatiuum, seu dissensus cognitione disconuenientia eorumdem: & neque conuenientia, neque disconuenientia illius proposito ad assensum, vel dissensum præuia, assensus, vel dissensus formalis esse formaliter possit, apprehensionem formaliter pro illo priori, cum extremorum, tum conuenientia, aut disconuenientia eorum esse, manifestum est. Conueniunt autem Theologi eam apprehensionem puram re ipsa apprehensionem non esse in Deo, sicut in nobis est, quia Dei cognitio omnis penetratiua obiecti sui, & perfectissima esse debet, cuiusmodi non esset, si in pura eius apprehensione sisteret, nec simul, quidquid verè in illo, vel est, vel non est, clarissime, & certissime iudicaret. Ex quibus etiam Theologi omnes inferunt veram hanc, & apprehensionis, & iudicii rationem diuinæ scientiæ simplicitati non obesse: quia è summa eius simplicitate, & perfectione in eandem scientiam debere constari: duo autem sub Iudice apud Theologos esse videbuntur in præsentia. Primum: an iudicii (quod scientiæ diuinæ competere omnes faciunt) ratio eius simplicitati derogeret? secundum: an in diuina scientia ratio apprehensionis simplicis, de aliquo obiecto sit, quæ ad iudicii rationem non perueniat?

2. Circa primum nonnulli inde eius decisionem pendere volunt. An scilicet iudicium nostrum quoduis triplici (vt docuit Molina 1. p. quæst. 1. a. 3. cum multis) cognitione constet, altera subiecti, altera prædicati, altera conuenientia, seu identitatis, vel disconuenientia, & diuersitatis eorumdem? vel potius vnicus, & indiuisus actus sit (vt docuit Petrus Hurtado d. 7. de anima sect. 3. cum aliis) si enim extremum hoc demus, aut sequamur, clarius seruatur iudicii diuini simplicitas, quin è nostris imperfectis, vel leuis contra illam vmbra succrescat? alij vero grauiorem esse difficultatem putant de iudiciis diuinis, quibus, vel diuersorum realiter prædicatorum à subiectis conuenientia per dissensum negatur, v.g. homo non est lapis, vel conuenientia affirmatur, vt homo est albus, currit, vel legit: albedo enim, & cursus diuersa realiter ab homine de quo affirmamus, manifeste sunt: ac proinde diuersam videntur petere cognitionem: sicut, & in iudiciis negatiuis in materia remota, vt in allata illa *homo non est lapis*: in materia autem proxima, & necessaria diuisis, & compositis cognitionibus opus non esse videtur apertum, cum idem re ipsa subiectum, & prædicatum sint, vt in his patet, *homo est animal*, seu *rationale*.

3. Censeo tamen maiorem non esse in illis iudiciis, quam in his, difficultatem (vt doctè, & subtiliter vidit Roster Ruiz de Montoya d. 13. de scientia sect. 3.) neque in sententia ex tribus partibus cognitionis, siue ex tribus partialibus cognitionibus componente quam in constituyente illam in indiuisibili cognitione. Ratio primi est, quia in assensu quouis, de contingenti etiam prædicato, identitas subiecti, & prædicati asseritur, & ipsi annuitur æque, atque in assensu in materia proxima, & necessaria, seu de prædicato necessario: quia æque est idem habens albedinem homo, cum de ipso albus

album prædicatur, atque habens animalitatem, seu rationalitatem; cum animal vel rationale de eo dicitur: in primo cum assensu non prædicatur albedo (nec nisi falso prædicari potest) sed eius subiectum, seu habens, quod est rectum eius prædicari, cum subiecto tribuitur, concordans, ut controuersis dialect. de Trinit. d. vltima, & controuers. vltima de Incarnatione d. de excommunicat. idiomatum fusc ostendi.

4. Differunt autem propositiones in materia contingenti, quod hæc identitas recti in prædicato. cum subiecto contingens est, sicuti & ei in esse albedinem, (sine quo eam habens homo esse non potest) est contingens: in propositionibus autem in materia proxima, seu necessaria rectum prædicati cum recto subiecti necessario idem est & id est virtutis forma metaphysice in prædicatione identica profus, nec formali tamen, in materia proxima, & necessaria, æque abstracta de abstractis, atque concreta de concretis prædicantur: quia eadem realiter, tam inter, se quam cum utroque concreto abstracta, illa vicissim, & alterutrum sunt; in iudiciis vero negatiuis, seu dissensibus, siue de contingenti, siue de prædicato remoto, & impossibili, subiectum & prædicatum siue necessario, siue contingenter eadem non esse, sed realiter diuersa, æque omnino, & absolute asseritur, vel eorum saltem identitati abnuuntur: quare æqua est circa dissensum de eius diuisione in Dei scientia, & contra eius simplicitatem difficultas vel potius nulla.

5. Circa secundum, est iudicium nostrum tribus partialibus cognitionibus constare cum Molina, & Alfeldis dicamus; scilicet tamen in scientia Dei euentuum æque, ac si in omnibus asseratur stare in cognitione indiuisibili: ac proinde in iudicio proprie tali diuino intrinsecum ex parte actus, cum assensu est, diuisionem communis Theologorum consensus est cum S. Thom. 1. p. quæst. 14. ad art. 14. & 1. contra Gent. cap. 58. Noster Ruiz de Montoya cum pluribus citata disput. 13. ad sect. 1. ad 3. & quod in scientia Dei proprium iudicium de rebus sit, constat ex fide: quia plura asseritur, & negatiuo iudicio reuelat, quæ, si eodem assensu, & dissensu ipse cognosceret, reuelare non posset. Secundo ratione: quia perfectissimo intuitu, non solum rem apprehendere, sed & discernere, ac secum determinare, quid sit, habeatque, vel non habeat, aut non sit perfectio procul dubio est; & resecatis imperfectionibus iudicii creati, simpliciter simplex perfectio, Deo proinde concedenda, & sane infancium, necdum ad rationis usum peruenientium, ac bardorum, & stupidorum hominum est, in rerum obiectarum apprehensione sistere, nec de illis iudicare, sed dubios, ut summum, habere. Tertiò: quia in rationalibus, quo maior, & perfectior est obiectorum apprehensio, & penetratio, eo promptius est in eis de illis iudicium, ut experimur; imò si euident, & intuitiva apprehensio eorum, & conuenientia, aut dissensu sit, naturalis, & necessaria est ad assensum, aut dissensum mentis determinatio: ergo citius in Deo, qui infinite clariore, & euidentiore apprehensione intuitiva cuncta perstruat.

6. Id autem, ut dixi, absque vlla ex parte actus compositione sit. Primò: quia infinitas est genere, & conceptu suo, nec solum in genere omni actus compositioni repugnat, ut sæpe ostendit. Secundò: quia, etsi in iudiciis nostris asseritur ex parte actus compositio sit, & in negatiuis diuisio, id tamen, non ex ratione formali iudicii (quam in determinatione intellectus esse vidimus) sed sed est creatorum iudiciorum limitatione, & imperfectione dimittit: cum enim Petrum esse lapidem negamus, ex parte alterutius negationem utrique superaddimus, cuique suam, ab ipso diuersam, cum tamen seipso Petrus lapidis non sit: & lapis non sit Petrus: quod si utrumque extremum clare intrinsecum, sicut intrinsecum, penetratque Deus, cognosceremus, iudicaremusque absque vlla Petri, vel lapidis à seipso diuisione, & Petrum esse, & lapidem non esse: in assensu autem propositionis, de prædicato, contingenti etiam ostendi num. 3. quo pacto per summam subiecti, & prædicati absque vlla compositione identitatis penetrationem habeatur. Hæc autem doctæ etiam à nostro Ruiz obseruata amplius probant,

quam, hic contendimus: nempe, adhuc ex parte obiecti in iudicio diuino nullam compositionem, aut diuisionem intercedere, quæ tamen etiam ad assensum, adhuc ex parte actus non probantur ad intendendum: quod solum nunc contendimus: siquidem ad ea, quæ re ipsa valde diuersa, imò & aduersa sunt, eandem etiam metaphysicè, & formaliter insectilem representanda Scientiam extendi quæstione 1. & sæpe antea monstrauimus: id quod notari hic oportuit etiam: quia cum Deum intuitionem suam rei eiusdem prædicata præcendere docuerimus etiam assensu in materia proxima, & necessaria, plura ex parte obiecti Deum attingere consequens est, absque vlla tamen iudicii sui, non solum reali, sed & formali compositione, aut diuisione, ut contra Complutenses Rectiores docuimus certam.

7. Ad difficultatem secundam initio propositam Recentiores idem censent obiecta diuina cognitionis diuine apprehendi non posse à Deo quin de ipsis iudicetur, ut in hoc iudicio homo est animal; homo est albus: & hoc probari ex diuina cognitionis de obiecto suo directo perfectione. De obiectis vero indirectis putant à Deo apprehendi posse, quin ad iudicium de illis formandum eius Scientia progrediatur. Probat: quia, cum cognoscit Deus meum iudicium de Petri existentia, cognoscit iudicium hoc meum determinare de Petri existentia, & apprehendit directè, & mihi adesse iudicat: idemque est de cognitione iudicii mei de eo quod Petrus sit albus: cuius reflexa cognitionis, & iudicii iudicium hoc obiectum directum est, indirectum autem eius directi iudicii extrema necessario sunt: cum determinatum hoc iudicium Petrus est albus cognosci nequeat, quin eius extrema, Petrus scilicet, & illi inherens albedo cognoscatur: quare cognitione iudicii huius ad cognoscendum extrema scilicet Petrum, & albedinem determinatum Deus est, (& idem est de cognitione cuiusvis obiecti indirectè in alio, tanquam medio, cogniti) atque de extremis illis ita indirectè, & in iudicio illo meo, tanquam in medio, cognitis, nequit Deus determinari ad iudicandum Petrum existere, eive albedinem inesse, cum iudicium meum indifferens entitatem suam de se sit, ut cum Petri, & albedinis existentia, imò & possibilitate, vel oppositis coniungatur: ergo vi eius indirecte cognitionis extremorum in illo meo iudicio indirectè & tanquam in medio, cognitorum, nequit Deus determinari ad iudicandum de illis, quod determinate sunt, vel non sunt.

8. Eis tamen Recentioribus, quoad utramque partem aduersos etenim in hoc Dei iudicio, si vocaueris Petrum consentit. Vocatio directum obiectum est, in se, ac non in alio indirectè cognitum & apprehensum à Deo quin ad aliquid de eo iudicandum Deus progrediatur, sed solum in suspensa eius apprehensione sistat: ergo datur in Deo apprehensio obiecti directi absque villo iudicio circa illud, siue de illo, quod primæ parti sententia Recentiorum contradicit. Secunda etiam ratio de obiecto indirecto falsa est. Primò: quia supponit aliquid à Deo posse in alio, tanquam in medio cognosci; cuius oppositum ostendimus d. 7. tota quæstione. Secundò: quia (ut ipsi nobis respondebant, ea quæst. certam. 3. num. 1.) etsi determinatio intentionalis mediæ ad aliud in ipso cognoscendum de se præcise ad abstractum eius cognitionem; tamen ex perfectione summa Dei cognoscens eam mediæ determinationem ad intuitum alterius cognitionem refert, ac detorquet: ergo Dei cognoscens in illo medio perfectio facit, ut alterius in alio cognitio, alias abstracta futura, in eius perueniat, destinaturque iudicium indirectum foret, directum sit: siquidem obiectum quodvis intuitionis sui obiectum directum est: sed nolum obiectum directum à Deo apprehenditur, quin de eo ab ipso iudicetur: ergo, Tertiò conclusio hæc de obiecto indirecto vniuersum, ut à te ponitur, non præcatur: siquidem in cognitione diuina iudicio meo in materia proxima, & necessaria cognoscuntur à Deo extrema indirectè, cum quorum essentia, & possibilitate iudicium connectitur, v.g. Petrus est animal, sit rationalis: nequitque Deus ex perfectissima eorum apprehensione non iudicare esse possibile ad id enim ex apprehensione

fione cogitur inò in contingenti materia ex vi co-
gnitionis iudicij; & extremorum, nequit non cognosce-
re, & iudicare, conformiter obiecto suo mea propo-
fitio fit, vel secus: quod si conformem inueniat eius
obiectum, nequit non de illo per assensum, vti ego cen-
sui, iudicare, per dissensum verò si secus: quare nun-
quam in pura extremorum apprehensione poterit litte-
re, et si possit secus ac nos de illis iudicare, quod pre-
fatos Recensiores decepti, quia videntes argumentum
suo probari Deum ad finem nostrum assensu extremo-
rum iudicanti ex eius cognitione non cogi, cogi tamen
in aduerfum dissensum non videntur.

QVÆSTIO III.

De divinis ideis.

DISPVTATIONIBVS de Scientia affinitatis
saltem iure de diuinis ideis quæstionem
attrecte S. Thom. & Theologorum vius
nos fecit: & quamquam à plerique Recen-
tioribus eorum disputatio omittitur, quia
ad disputationem philosophicam de causa exemplari
videatur pertinere: tamen ibi de causa exemplari vni-
uersum disputatur, sicut*, & de causa efficiendi, intel-
lectu, voluntate, eiusque actibus, de quibus tamen, vt
fecerat Deus insunt, plura, & scitu & disputatione
Theologica digna reperiuntur. Ita ergo & de ideis, seu
exemplaribus diuinis rerum ab ipso non, nisi ex arte, seu
ordinandis plura examine Theologico digna sunt: & de
quibus Partes Theologi Primi bonæque Theologiæ Pa-
rentes plura Theologos docuerunt: quæ à nobis proinde
Theologico rigore, vel referri saltem, oportet, vt eorum
de hac rescripserit, & intelligamus, & scetetur.

CERTAMEN I.

Quid idea diuina sit, examinatur, &
statuitur.

Ideæ diuinæ essentia tum physica, tum metaphysica exam procedit: & quoad metaphysicam attinet, iam communem eius definitionem tradit Ruiz d. 24. de Scientia sect. 5. num. 1. *exemplar ad quod referitur Artific Deus operatur: & re lane ipsa*, meque indicit, bona ea diuinæ idæ definitio est, vti de eius essentia physica agens iam ostendamus: verò requiritur iam non in obiecto aliquo à Deo cognito sed potius in eius obiecti diuina scientia & cognitione formali consistunt (sunt autem, nec pauci, neque inoditi) eam definitionem non parientur, neque cum cognitionem dicantur, in quoad realem statuunt, vti obiectum determinat, & se ipsa dirigentem ad opus & quo pacto exemplar obiectum non est, fed eius & operis faciendi formalis representatio: itaque definitionis eius metaphysicæ bonitas est verà declaratione de physica idæ essentia, an in scientia, an in eius obiecto consistit: vixce procedit interim idæ in Dei digito cuius ad *iniplex imitationem Deus potest operari*: enim & idæ in actu primo, seu in se definitur ut suam operationem præcedat nec scientia formaliter, & expressè ad idæ, ratione ante acta excluditur.

1. In ea vero quaestione Vasquez d. 72. r. p. Martinon
2. de Scientia sect. 4. num. 24. in Scientia divina stare
docere: quia nihil diuinum præter scientiam rationem
inquinis in Deo habet: idea autem diuina diuinum
aliquid est ex Patrum consensu increatum, & æternum
Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

ut ex eorum 1. elimonitis ab utroque recitatis, & copio-
sum à Ruiz d. 88. de scientia sect. 2. num. 1. vi inde opo-
positum teneatur inferuiat: essentia autem diuina,
neque imago est, neque id quod perfectè imitari crea-
tura possit, vt fuit scientiam, & intentionalem ima-
ginem vnaqueque imitatur: ergo diuina scientia, non
autem eius obiectum ita in diuinis est: exiguu hæc
robur habent: constabit enim ex dicendis, aliquid præ-
ter cognitionem formalem in diuinis veram imaginis
rationem habere. Notae id à Valquez & Martiniene,
imò à Catholico villo doctore potest negari. Nam filius,
quia filius, in diuinis characteristica sua proprietate ima-
go est, vt ex fide, & Patribus, cunctisque Catholicis
Doctribus vultu controu. de Trinit. d. de propriis,
& appropriatis: proprietate verò sua filius scientia, seu
sapientia formalis non est: quia sine addito *genita* la-
pientia Dei dici non potest. Secundum non est finimus
Tum, quia, est essentia Dei non esse perfectè imita-
biles à creaturis, aliud, quod id habere, in diuinis non
desideret. Tum quia, & essentia ipsa perfectè imita-
bilis est, vt ad rationem ideæ oportet, vt iam ostend-
dam

3. Sententiam secundam inuexit Quirós noster tom. 1. de Deo vti in illustrationibus questionum 1. p. 5. Thom. ad quæ. 15. artic. 1. num. 5. verù *ex Conseq.* affertens ideam purè obiectiue sumptam à Scientia Dei formaliter distingui, quia non ipsa est, sed obiectum ipsum (quidquid illud sit) per ipsam representatum; subiectiue verò sumptam ideam à Scientia diuina nullatenus differre, quæ ex singulari quadam doctrina sua tradenda fuit in Philosophia, sacisq., etiam breuius, propostita eodem modo tract. 3. d. 25. sect. 7. n. 40. ad quam se refert, ita intelligitur: vt pure obiectum esse sint res, ipsa euulve prædicata representata, siue existant, siue non existant; subiectiue autem siue existentialiter intentionaliter sint eadem, non prout in se physice existunt, ea enim, qui in se non sunt, tunc etiam, cum in se non sunt, cognoscuntur, cum autem, inque cognitio sine obiecto, cuius respectus essentialiter est; neque esse neque intelligi possit: oportet illud aliquam præsentia-ritatem, siue existentiam de præsent, tunc habere, cum cognoscitur, cum autem eam non habet in idio aliquo, fuit similitudine & pictura aliqua ipsius reali, quæ quas sit per intentionem producta (verbum mentis Thomistæ, & noster Franciscus Amico tom. 1. Theolog. curs. d. 9. sect. 3. p. 4. num. 40. vt multis Quirós ipse à n. 45. nec facis omnibus firmiter refellit) telat, vt in sola sui cognitione obiecta præsentialiter existant, cum cognoscuntur, ac in se actu non sunt. Nihil enim à iud est intentionaliter esse aliquid actu in mente cognoscens, quam actu cognoscat. Atque hac ratione ita se respondeat questioni putat, vt primam sententiam cum tertia à nobis referenda, & amplectenda concilier, ac fundamentum virtuale impetum declinet.

4. Verum principio hinc falso Recentiorum principio
nitetur de necessitate actualis aliquid presentie obiecti
actu, cum actu cognoscitur: id quod Thomistas, Do-
minicanos Recentiores, & alioque ex nostris in deua pra-
pura verificatorum, & determinatorum scientie
implicis intelligentie, scientie medie, & presentie
ex aeternitate de absolute in tempore futuris egit
praecepit, vt supra monstrauimus; deinde, eo princi-
pio permisso, non cunctis esse intentionale actuale ne-
cessarium iuxta principium illud obiecto, vt actu co-
gnoscatur, esse solum cognitionem: quia, cum verbum
mentis a cognitione quavis in Thomistam, & Amicis
nostri sententia realis, & physica qualitas idoli, seu
picturae non sit, actus, siue idolum, & spectrum esse
potest, vt notat. Inquiro in flos Scientiarum Pharo-
lae contendit d.2. de natura intellectus quist.3. de in-
de respectu dei cognoscens obiecta, maxime diuina,
& intrinseca omnia, de quibus, an in eorum aliquo
obiectiue cognitio diuina consistat? Inquirunt, ob-
iectiua illa, & intentionali presentia opus non est, vt
cognoscatur actu: cum realis, & eiusque florum, ab
aeterno, & in aeternum actualis existentia, & coexistentia,
seu cognitioni indefectibiliter addit: ac proinde de ob-
iectis diuinis nihil Recentioris huius ratio probat, vt

pater. Vnde qui eo principio vtuntur, pro actuali determinatiuorum, seu verificatiuorum existentia, & presentia ab obiectis cognoscuntur, obiectis in se actu existentibus, cum cognoscuntur (cuiusmodi diuina omnia sunt) nullam aliam, neque ipsorum, neque aliorum actualem existentiam, seu presentiam, præter ipsorum in se obiectiuorum actualem existentiam requirunt. Ad hæc: cum id eo hæc existentiam subiectuam, seu intentionalem adstruas, vt cognitio obiecti essentialiter respectiua absque eius actuali existentia, & presentia sit actu implicatio non fit: oportet obiecti existentiam aliam ab ea, que formaliter per cognitionem tribuitur, ipsi à se designari: quia si ipsius cognitionis respectiua esse non potest: & ne idem per idem incepte probes: nempe obiectum esse presens, vt de beæ lux cognitioni presenti, quia cognitio ipsius presens, & actu est.

5. Item: vel, *vel* obiectum sit idea, & exemplar requirit eam existentiam intentionalem subiectivam, vel non requirit; Si non requirit quæstioni non respondetur tua hac sententia; ne dum dux circa illam oppositæ sententiæ, vel alicubus, conciliatur: erat enim questio: an obiectum exemplar, an eius cognitio idea, & exemplar propriæ sit; neque id de finis (nisi fortè utrumque coniunctim ideam esse quod quæd negativum alteturis sententiæ utriusque aduersariis v. iam dicam) solum quippe tandem dicis obiectum ideam seu exemplar obiectivum esse, cognitionem verò ideam formaliter, quod utriusque aduersæ sententiæ Auctores fatentur: non autem definitis, vtri eorum ratio formalis, & propriæ ideæ conveniat, de quo solum quærebatur. Si autem dicas requiri illam intentionalem, vel subiectivam existentiam obiecti, vel ideæ propriæ sit: cum per te númer. 8. id propriè ex communi, & recto omnium Philosophorum, Patrum, & Theologorum sensu idea & exemplar sit, in quod intuens, seu respiciens artifex operatur, oportebit existentiam illam subiectivam, seu intentionalem obiecti, qua in esse exemplaris, & ideæ propriæ obiectum formaliter, & vltimo constituitur Deum intueri: cum autem ea intentionalis, & subiectiva obiecti existentia illius cognitio per te sit, in eam etiam debet artifex respicere, & intendere, vtr ex arte & per ideam, & exemplar propriè operetur: quo fiet, vtr nunquam ita operari directè loquendo obiecti cognitione valeat, quæ sit formaliter representatiua non est, sed reflexa cognitionis suæ de obiecto illo directæ cognitione opus habeat, quod & contra apertam Artificum omnium experientiam est, ac subinde exoticum, & absurdum. Si autem dicas eam obiecti subiectivam, & intentionalem præsentialem & existentiam formaliter per sui cognitionem habitam non esse formam constituentem obiectum in ratione exemplaris, & ideæ, sed conditionem solum, verum quidem, atque à nemine Doctorum tertiz sententiæ negatum, vel negandum: siquidem per omnes exemplar & idea mouere, dirigereve operantem non potest, nisi cognitum, mediæque sui cognitione operantis intentionaliter applicitum; sed certe conclusionem deferres tuam.

6. Verba igitur, & tertia sententia est ideam, & exemplar diuinum (scilicet, & creaturam) in obiecto non in eius cognitione physice formaliter consistere, ita Scholæ omnes Theologice. Scorsus cum suis omnibus in 1. d. 35. quest. vnicā. Ad ista vbi Okam, & Gabriel cum Nominalibus reliquis, Durandus cum suis d. 36. S. Thom. d. eadem, & variis locis questionum de veritate. & 1. part. quest. 15. ad quæ loca Dominici omnes Thomistæ Thomiste verò nostri Valentia, Molina, Soar. Arriaga ad questionem citatam 15. quæ etiam d. 8. Phyliricum quest. 8. Didacus Ruiz d. 81. sect. 2. d. 8. Phyliricum quest. 8. Didacus Ruiz d. 81. sect. 2. & præter citatos duos pro prima sententia reliqui, Auerſa quest. 15. citata art. 4. sect. 4. §. Dico primo: quam sententiam, Scriptura, Patres, & communes Philosophorum, & hominum consensus & ratio tradunt. Scriptura Exod. 25. 40. Inſpice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est, & cap. 26. 30. Eriges tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. nempe 14. num. 10. vbi Deus

Moyses Aaron, Nadab, Abiu, & Septuaginta Senioribus, ita in monte dicitur visus, *sub pedibus eius quasi quasi lapides saphirini, & quasi calceum quem serenum est*, quæ duo loca memorantur Actuum 7. 44. his verbis: *Tubernaculum testimonij fuit cum Patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus loquens ad Moysen, ut faceret illud secundum formam; quam viderat, & viderunt etiam, sed præcipue primum locum refert Paulus, ad Hebræos 8. num. 5. vide (inquit) omnia facio secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.* Ex quibus ita arguitur: id. dicitur in scriptura, non, nisi proprietate sermonis, intelligenda, exemplar, quod monstratur ostenditur, vel monstratur ostensumque est, siue forma, quam Moyses viderat: atque, quod Moyses viderat, monstraturque, & ostensum ipse est, non est visio, aut cognitio, seu formalis ostensio reddens Moysen formaliter illud obiectum intelligentem: sed obiectum ipsam monstratur, ostensum, & quod Moyses viderat: ergo exemplar proprietate sermonis non est formalis obiecti cognitio, sed eius obiectum.

7. Patrum, & interpretum, cum ad ea loca, cum alias, de exemplari agentium recitare testimonia operosius, quam vilius hic foret vidui pollui plura apud nostrum Ruiz d.81. & 82. sect.2. & 6. quorum notul-
ladabimus certam 2.3.4. & 5. pro noitris ibi flatu-
endis conclusionibus: Theologos lupones hac sententia
docentes, arque, vt minimum luppentes, dabimus:
esse verò hac conclusionem Philosophorum omnium
constat excommuni definitione ex ipiis &, Theologis
data, que, nisi in hac tertia sententia, bona esse non
potest vt ibi docebamus. Constat item quia ante no-
strum Valquez nemo ex illis fuit, qui de eius bonitate
dubitauerit: nemo qui ideæ aut exemplaris rationem
in scientia, aut cognitione continuauerit: vt obstat
Ruiz d.82. lect.55. Bonau. Capreolus, & Durand. falso
pro ea constitutione referant: ficut Okam. & Ga-
briel. Alexan. verò t. par. quest. 13. num.4. artic. 1. sub
init. & Maior. d.38. quest. vii. qui videtur qd consti-
tutioni fuaere abique notitia ideam exercere esse non
posse solum contendunt: ficut neque motium aliquid
exercere intellectu, aut voluntatem mouere ad ope-
randum potest, nisi cognitur: id quod nemo suarū fuit
ita etiam loquentis disput. 35. metaph. sect. 1. à num. 10.
& 3. de attribut. lect.1. à num. 6. de communi homi-
num sensu conflat. Nam, si pictorem, aliumve quem-
piam artificem de exemplari, ex quo, vel ad quod
picturam, arte factumque quodpiam effecerit roges,
vel hominem, aut equum ipsum, vel picturam proto-
typum, seu originale ad cuius modum, & instar tan-
tumsum est, non autem cognitionem suam conatur
ostendere, si roganti responderet, eique satisficeret
ostendens nimirum in obiectis non in cognitione eorum
exemplar, seu ideam propriam esse querendum. Ra-
tio est, quia exemplar, seu idea est causa imitanda ad
artificis in sui effectus, & operis efformatione: non
autem imitatio hæc nonnisi obiecti cogniti esse pos-
sit; si, in solito obiecto cognitionem ideam propit, seu
exemplar esse; non autem formalem eius cognitione-
ntem, quæ ab artifice, vt ex idea, & exemplari opte-
nem, nec cognoscitur, neque cognosci debet, vt dixi,
nec fit cognoscitur cognitionis formalis, sed obiecti
nec fit cognoscitur. Atque inde communi illius definitio-
nis ideæ, & exemplaris num.1. posita bonitas constat,
atque in super idea formalem, & (subiectum) diuio-
ntem, propriæ idæ diuisionem non esse. Rationes
primæ sententiæ disiectæ sunt partim n.2.
& ex dicendis certam. 2. priorius
euanescunt.

*

CERTAMEN II.

Objectum quoddam idea divina sit extrinsecum Deo non est.

1. Sole creaturæ possibiles idæ, ex quarum præcognitionum imitatione creata Deus producat centuræ à Scoto, Okamo, & Durando supra, Bassoli d. 36. quæst. 2. a. 2. Gerion de vita spiritali licet 1. Corollar. 12. Reputant probabile Richard. d. 36. q. 2. a. 2. & Maior d. 35. q. 1. line. Sententia huius fundamentum præcipuum est, quia res in executione suis essentis solis in statu possibilitatis præcognitis à Deo ad amullum conformantur, eisque perfectissime imitantur; non autem diuinum aliquid, à quo magis quam ouum ab Angelo, imò infinite distant. Secundo: quia, ni Deus cognosceret creaturas possibiles, & se cognosceret, non posset eas producere; quemadmodum nec se cognito posset producere chimæram; posset autem creaturas producere cognita earum essentia, & possibilitate, & si seipsum non nosset: id autem idæa est, quo solo cognito posset artifex operari; nequit autem operari eo ignorato. Tercio: quia in mente entitatis artificis res faciendæ præcognita idæa ad ipsam operandam est, nihilque vterius requiritur. Recte enim Aristoteles aiebat 7. Metaph. text. 28. Imitatio in materia fieri à similitudine in anima, quia præconcepta sui exequenda idæa est, & exemplar. Cæterum opinio hæc merito rejicitur à scholasticis reliquis: non solum, quoad negatiuum excludendi à ratione idææ diuinæ omnia prædicata diuina quod prima ratio mox diluenda contendit; sed quoad positiuum de admittendis ad illius rationem creaturæ, quod reliquæ contendunt, et si non eueniant, Tertia male innititur testimonio Aristotelis quod de causa finali est non de exemplari, nec ratio inibi tacta quid probat adhuc de ideis artificum creatorum.

2. Necinde ad idæam artificis increati consequentia tenetur, idæa quippe, & exemplar idem, quod Archetypus, & prototypus, seu primarium exemplar est, quod aliud exemplar non supponit, ex cuius præcognitione imitatione artefactum procedat: quocirca, & si deus artefactum vi possibile & faciendum, necdumque factum ad ipsum faciendum idæam, & exemplar esse posse, quia nihil prius, quod opus imitetur ab Artifice creato præcognitum est, aut cum à Deo ipsius essentia necessaria cognitioni creaturarum cognita (vt primarium, & adæquatum specificatum scientiæ diuinæ) præcedat, ipsamque, pro suo quæque modulo, primario imitetur, atque ex eius imitatione primario procedat: essentia diuinæ (& si quod diuinum aliud à creaturis imitabile est) rationem idææ diuinæ propriè loquendo male nosset Ruiz aduersariis concessit d. 8. text. 4. n. 1. creaturas possibiles, ipsarum absolute faciendarum idæas Deo secundario esse dicique posse: cum illud secundario rationem destruit idææ diuinæ, respectuque artificis increati Dei secundum argumentum à Gabriele exegitatum, quod vexauit plures, nullius est ponderis. Solum enim probat cognitionem essentiarum faciendarum pro statu possibilitatis necessariam esse, vt fiant; quia nimirum abique cognitione materiæ faciendæ, seu circa quam versari actio, & executio agens intellectualis debet, nequit actio prodire; non autem probat eam idæam, & exemplar propriè esse. Ad quod satis non est, materiam faciendam, debere necessitati prænotici ad eiusdem executionem; sed etiam, vt quid primario imitandum: quare si è sola eius materis præcognitione opus ederet, haud quaquam ex ære, idæa, & causa exemplari prodiret, vt citari à Deo debet, neque aliter potest.

3. Dico igitur primo: essentia creaturarum idææ, & exemplaris diuinæ propriam rationem non habent; est

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

communis scholasticorum conclusio pro ea stant, præter nuper citatos, reliqui: idèò singulatim non recitandis eam luadent pleraque Patrum testimonia Certam. 3. pro nostra Conclusione referenda, non tamen adeo aperte, vt opposita Conclusio graui Theologicæ Censuræ subiaceret, vt magis puri scholastici, quam dogmatici, & eruditi Theologi nonnulli arbitrantur vigentissimum Censuræ fundamentum videret illud Augustini q. 46. ex libro 83. quæstionum. *Vbi arbitrandum est esse idæas, nisi in ipsa mente creatoris? Non enim extra se quidquam possum intueri, vt secundum id constitueret, quod constituitur; nam hoc opinari sacrilegum est.* Verum, vt, quid facilegijs censura nocet Augustinus, intelligatur, sciendum est: apud Platonem, & eius Græcos Ascleas frequentem esse idæarum diuinarum, & mentionem, & doctrinam, non tamen adeo puram, exactam, & exactam, & constantem, vt Patribus, & Theologis Christianis fidei luce illustratis fuit, stantebat primò idæas æternas esse, & incommutabiles, & permanentes, quo superlaudatur à Iustino Martyre, & à Maximo recitandis Certam. 3. Hinc, quia Deum æternum, immutabilem, semperque eodem modo permanentem iudicabat, idæas, & exemplaria æterna Deum esse quandoque aiebat: de quo proinde à Clemente Alex. 4. Stromat. vers. finem certam, etiam tertio recitando laudatur. Cæterum, cum artificum creatorum exemplaria, & idæas extra ipsos positas semper videret, æternas illas suas, atque immutabiles idæas extra Deum positas esse aliis locis docuit, ad quam sententiam respicientes, eius & Ascleas Græcorum idæas, tanquam somniantium deliria ridebant. Ambros. 4. de fide ad gratian. c. 3. postinit. & 1. exhamer. c. 1. init. Cyrill. Alex. 2. contr. Julian. versis finem. §. videtur. Nazianz. orat. 33. 1. de Theolog. num. 33. ad quem sic Basil. in hoc errabat Plato, quod idæas, hoc est exemplares rerum formas, & abstractas à singularibus species realiter communes, & vniuersales extrinsecum Deum constituerebat: aiebatque Deum, in hac quasi exemplaria, respicientem res sensibiles condidisse. Atque hoc sensu idæas Platonicas refert, ac refellit Aristoteles 3. Metaph. à text. 10. cum quo etiam S. Thom. 1. p. q. 15. a. 1. ad 1. & Eusebius Cæsariensis aliquando Platonem significasse fateatur 11. de præparat. Euang. c. 11.

4. Contra hunc planè Platonis, & Græcorum Philosophorum Ascleas errorē scribebat Anselmus c. 10. Monolog. verbis illis: *Nihil omnino aliunde assumptum, unde, vel eorum quæ factura (diuina substantia) erat formam in se ipsa conpingeret, vel ea ipsa id, quod sunt, perferret.* Hoc posito facile monstratur, neque hunc Anselmi locum, nec quæ asserti possunt ex Patribus similia contra nobis aduersam præfatorum Theologorum de essentia, & possibilitate creaturarum, siue de creatis possibilibus idææ diuinæ rationem, & proprietatem fatentibus, ita expresse aduersari, vt in eam, temeritatis saltem nota ferri merito possit. Nam, & rerum essentias, creaturasque possibiles, pro eo statu immutabiles permanentes, atque adeo indefectibiles, æternæ subinde veritatis quotidie in Theologia, (vt de diuinis idæis Patres aiunt) abique censura, vel minima auditur, ac defenditur. Cum autem pro eo possibilitatis statu posita absolute, & existentia, non sint, ab æterno absolute non sunt posita, nec Deus cum ex eorum, quæ talium, scientia, & intuitione, tanquam exemplarium, ipsa operaretur, vt aiebat quandoque Plato: *aliquid extra se possum, vt secundum illud constitueret, quod constituerebat intueretur, vt contra eum errorē negabat Augustinus.*

5. Oppositum verò iure aiebat Augustinus, sacrilegum esse: Tum quia non vnam solum contra fidem, sed creaturas omnes factas, imò, & quæ fieri possent exemplaris absolute existentia ab æterno, & in æternum Deo coæta, & extrinseca habere ex eo errore infertur, et si creata esse asserantur: Tum, quia, si asserantur Deo extrinseca ipsique coæta, Deum, & increata esse, pluralitas deorum in duceret sacrilegio maiori. Neutrum autem horum ex opinione aduersa inferatur, vt patet: quare ipsa sua censura, qua notanda, ac lugillanda sententia præfatorum Theologorum,

Bbb 2 aduersæ

aduersæ copiam aliis fecisse Augustinus videtur, nihil se contra illam eo loci intendere, nec per ipsum aliis in eam censuras licere satis claret & alios quidem minus eruditos Theologos, ac vocum tenuis testimonii Patrum abutentes præfate sententiæ censuram iniussæ, non miraretur; valde autem miror nostrum Ruiz, qui, cum d. 82. sect. 2. erroris Platonici de ideis eruditionem obseruet, nihilominus d. 81. sect. 2. num. 3. dixerit æque certum esse idearum diuinarum Deum ipsum, neque aliquid extra ipsum ac idearum esse in Deo dixerat num. 1. ubi aiebat in Deo siue diuinis idearum esse à nullo Theologo posse absque temeritate negari; cum tamen de hoc concors sit Patrum & Theologorum, & expressa sententia; de illo autem Scotistæ, Nominales, & Durandistæ omnes expresse dissentiantur: quorum sententiam Maior, & Richardus probabilem iudicant: etenim Patribus nihil sit contra eam ita expressum, vt commodam solutionem, non habeat.

6. Idque est ex recitatis, & recitandis Patribus certum, 3. longe vero similis germaniusque conclusio nostra tradita sit; non ita tamen, vt, contra ipsos aduersam conclusionem esse, valeat ex eorum testimoniis conuinci. A ratione verò probatur primò ab exclusionem supra facta argumentorum pro conclusione aduersa. Secundò à priori in eorum exclusionem facta quia de ratione idearum, & exemplaris propriè dicti est archetypum, & primum exemplar primarioque imitabile, & imitandum ab artifice ex eius cognitione in opere edendo: atqui huiusmodi est essentia diuina, seu quidquid diuinum idearum diuinæ rationem habere monstrabimus certum, 3. primarioque de necessitate à Deo cognitum, & quo primario imitabile & imitandum à Deo est in creaturis efficiendis, quorum nihil conuenit rerum essentis pro statu possibilitatis à Deo secundario cognitum; ergo nec pro eo statu idearum diuinarum, seu artificis diuini esse propriè possunt: Confirmatur. Nam ponamus pictorem transumptum Petri, Petrum habere præsentem, ac simul aliud eisdem transumptum, nec posse, vt penicillo Petrum, imò neque præsens aliud Petri transumptum intueri, vt Petrum iterum depingat, quia Petrum ipsum præstare, ac penicillo etiam in efformanda pictura illa imitetur: eequid illorum picturæ illius idearum erit? transumptum illud, an Petrus? hic planè ita euenit Artifici Deo in sua essentia, eiusque cognitione respectu possibilitatis, & cognitionis eorum, quæ non sine formali cognitione essentia (vt opte adæquati specificatiui, & primarij scientiæ obiecti) possibilitatem cognitio formalis esse, intelligiue potest, vt sæpe ostendimus, & adeo respectu possibilitatis, qui primum eius est, & primum, necessitati in cuiusvis creaturæ effectione imitandum; ergo, est obiectiue adsit, & intencionaliter præsens essentia creata possibilitatis, secundaria essentia, & quasi diuinæ transumptum, hæc sanè, non autem essentia creata possibilitatis, Deo Artifici idea propria, & exemplar erit.

7. Tertiò perfectissimum, summumque artificem Deum summum perfectissimumque exemplar solummodo decet, cuiusmodi essentia creata, seu creaturæ possibiles non sunt; vt patet: ergo nec sunt idea, & exemplar proprium ipsius. Confirmant nonnulli ex bonitate quia creata nulla Deo finis esse potest; sed sola bonitas diuina. Ceterum Deum finem, qui rerum sibi propriè loquendo esse non posse dubitari à sano: Philosopho, aut Theologo non valet. Neque enim sui ipsius, aut alicuius diuini affectionem, & possessionem, quam entitate sua & à creatis independenter præhabet, illarum productione assequi potest, vel intendere, vt finis qui ratio requirit: sed neque se vt finem sui, siue ex cuius complacencia cuncta operetur Deus, habet, vt latius controu. 4. & 5. cum pluribus Theologis persequar. Vbi quo sensu Alpha & Omega, siue principium & finis creatorum atque vniuersa propter se ipsum operari dicatur in scripturis Deus rigide Theologicè examinamus. Melius ex reliquis rationibus cauendi quæ in Deo reperiuntur, confirmatur; quia esse principium actuum creaturarum, siue omnipotentem Deum per omnipotentiam Deo prorsus intrinsecum, atque ab extrinseco omni absolutam, & independentem, etiam

extrinsecum, per meliorem, intrinsecum verò, per Theologiam omnem habet: ergo & esse causam exemplarem creaturarum non per earum possibilitatem (alioqui ea ratio causæ secundum eius totam rationem intrinsecam, in extrinseco Dei constitueretur) sed per suammet entitatem habet Deus. Confirmatur secundò: quia ratio principij Physici actui Deo digni, debet esse potentia actiua indiuisibiliter actiue creata omnia emittenter continens, ac subinde, quæ omnipotentia simul re ipsa, siue omnium potentia sit: ergo & ratio principij idealis Deo digni debet esse, quod eminenter indiuisibiliter idealiter omnia contineat, ac prouide omni siue omnium idea simul re ipsa sit; quod possibile creata nequeunt habere. Confirmatur tertio, quia non est idea dignæ Deo ratio quæ creato Artifici idearum eadem proprietate esse potest. Possent autem possibilia eadem proprietate esse idea faciendorum, (si Deus vt potest) eorum omnium notitiam præberet: ergo in eis idearum dignæ Deo ratio non stat.

8. Hæc è Summi Artificis Dei dignitate, & perfectione negatiua de possibilitibus creatis conclusionem nostram probant. Subiungamus quartam rationem probatiuam ex natura, & essentia idearum, & exemplaris propriè & vniuersim sumpti petiti: est eam noster Ruiz citata d. 82. sect. 3. a. n. 1. ad 4. vt debilem rejiciat, quia modum, quo exemplar causat cum modo, quo causat finis (nempe media sui cognitione) male confundit, nec debite, & accurate dispicit, ac distinguit. De ratione causæ veræ, & propriè exemplaris, seu idearum, est realis distinctio ab effectu per ipsam idealiter producta: alii distinctio hæc creaturæ factæ, vel absolute faciendæ ab ipsa possibili esse nequit: ergo creaturæ possibilitatis respectu ipsius factæ, vel absolute faciendæ nequit habere rationem idearum. Minor nobis, & nostro Ruiz, atque toti Scholæ Societatis Philosophica dignitas, & principium est. Maior probatur primo quia effectus idearum est vera huius realis, nec solum per rationem, & chimerica, imago, & imitatio; alii eisdem ad se ipsum vera realis, ac non ficta, & pure rationis imitatio, & imago esse non potest: ergo ratio effectus idealis dicitur necessario distinctionem realem idearum ab effectu per ipsam idealiter producta. Nec satis est quod non, nisi per cognitionem, causat idea effectum: quemadmodum, nec, nisi per cognitionem, causat finis, qui se ipsum existentem causat cognitus, vt possibilitatis, etiam morio, & modus cauendi finis per cognitionem solum est, vt in executione, & absolute fit id ipsum, quod cognoscitur possibile: & ea apponatur media, quæ in statu etiam possibilitatis vtilia cognoscuntur, vt cognitibus finis absolute apponatur: quare, & ex motione, modoque cauendi finis implicat aliud absolute in executione apponi, quam quæ cognita in statu possibilitatis sunt: ac morio, & modus cauendi idearum cognitæ non est vt absolute ponatur id ipsum, quod cognoscitur, sed eius realis imitatio, & imago, ad normam, & imitationem eius, quod cognitum, vt exemplar illius est: vnde non solum de facto diuersa realiter sunt Pictorum transumpta per artem à Prototypis siue exemplaribus suis depicta (quod in effectu respectu suæ causæ finalis esse nequit) verum necessarò effectus idealis, siue eius vera imago, & imitatio realiter ab idearum, & exemplari diuersus esse debet. Confirmatur: quia merita etiam non, nisi cognita, causant præmium; & carita etiam non, nisi cognita, causant principia causari ab ipsis meritis possunt, neque sub ipsa merita cadere. Confirmatur: quia causa exemplaris, & si media cognitione causat, tamen ad genus causæ efficientis, sicut, & merita; non autem ad genus causæ finalis per omnes reducitur.

9. Dices: verum quidem esse causam exemplarem non mouere solum, vt res, quæ cognita est, sit, sicut finis, sed vt ad normam, & imitationem cogniti exemplaris sit: quare & ad genus causæ efficientis, sicut, & plaris sit: reduci, non autem ad genus causæ causam meritoriam, reduci, non autem ad genus causæ finalis, & posse prouide realiter à suo effectu distinguui; non autem ita distinguui debere sicut meritum à premio distinguui debet, neque ab hoc possunt, meriti adhuc principia, causari: est merita ad genus etiam

causæ efficientis reducatur: quia, etsi, tam meritum, quam exemplar intentionaliter solum, ac non, nisi media sui cognitione, ad suos effectus moueant; aut merita non, nisi absolute existentia, & præexistentia physice prioritate naturæ ad præmium mouent, cum quo pugnata præmio, vel meritum eius, vel principia præsupposita ad meritum posse causari. At verò exemplaris, seu ideæ existentia absoluta, & realis præsentia non requiritur, ut idealiter eius effectus ab ipsa, ad cuius normam, & secundum ipsam procedat; sed satis est, ut intentionaliter, & in cognitione, quemadmodum finis præsentetur: quæ sanè præsentia creaturæ possibilis respectu sui ipsius absolute faciendæ, vel factæ procudubio competit: nec magis ad amulum imago, & imitatio ex cogitari potest quam identitatis omnimoda cum suo exemplari intentionaliter præsentato: qualis est rei factæ ad seipsam cognitam, & præsentatam, seu re præsentatam ut possibilem.

10. Contra primo: quia Augustinus recitatus num. 3. ver. med. & Anselm. num. 4. sub initio absolutam existentiam, & præsentiam exemplaris, & ideæ in se, etsi eius etiam cognitionem, requiritur illis verbis: *non enim quidquam extra se possum intrinsecus utique absolute, & in se possum, & præsentem, nam faciendum in statu possibilitatis intentionaliter præsentem, & cognitionem præsentatum Deo non ignorabat Augustinus: solamque negabat in se actu præsentem Deo adesse reales illas & abstractas formas, & ideæ Platonis, quas impugnabat: ac proinde ad diuinum aliquid actu in se præsentem quod intrinsecus, recurrit, ut exemplar diuinum inueniret, ut Anselmus: non aliunde formam, seu exemplar à diuina substantia compactum dixit, quæ absolutam exemplaris in se actualem existentiam sonant: quare etiam pro diuina idea assignanda ad ipsam diuinam substantiam actu in se præsentem, & existentem abiit: quod ipsum recitandi Patres certam. 3. nos docent: ergo ex parte existentie, & præsentie requisita, & à Deo cognoscendæ in ideâ, ut suum causet idealiter effectum meritorie portis, quam finali causâ ideâ, & exemplar assimilatur. Contra secundo: quia, etsi sola intentionalis præsentia ideæ requireretur, tamen obiecti faciendæ ab ideâ, & exemplari suo requireretur entitatis distinctio ob rationem realem, & verè, ac non fictâ, imitationis: quare non sufficit statuum eiusdem rei, & entitatis diuersitas, ut supra dicebamus. Hoc idem Patres docent præfati Augustinus illis verbis, ut secundum id constitueret, quod constitueret: Vbi duo aperte obiecta distinguuntur: alterum exemplar, suæ id secundum quod constituendum; aliud quod constituendum est secundum illud, suæ exemplaris, & ideæ effectus: & clarius adhuc Anselmus dicens: *non aliunde faciendorum compeisse Deum in se ipso formam, vel ea ipsa aliunde compata, id quod sunt, (nimirum quæ faciendæ & futura sunt) peticeret quibus formam, & exemplar, quo res sunt, & in suo esse perficiuntur ab eo, quod ipsæ res sunt, suæ ab ipsarum esse entitatis distinctio: quod identitati entitatis rei absolute futuræ respectu sui, ut possibilis repugnat: quo ostenditur rei factæ ad se ipsam, ut possibilem, non solum perfectissimam, & ad amulum similitudinem esse non posse, sed nec esse posse veram nullam: Et quamvis Sanctus Thomas quæst. 14. ad 1. videatur admittere donum, quæ est in materia attingere similitudinem & imitationem donus, quæ est in mente artificis: quæ non alia esse videtur, quam domus eadem cognita, ut possibilis; tamen non est eadem ut possibilis; sed alia possibilis etiam, & mente suis delineationibus figurata, ut expresse eodem exemplo vsus docuit Augustinus recitandus à nobis certam. 3. num. 1. ex tract. 1. in Ioan. & certe Sanctus Thom. non agit de possibili cognito, sed de exemplari creatis, & per participationem ideæ diuinæ, seu primarij exemplaris, talibus secundarijs, quæcumque illa sint, & hæc attingere ad similitudinem Dei secundum representationem rationis intellectus à Deo ut domus, &c. Quibus solum docet imitationem exemplaris primarij, quam secundarium creatum (quod in corpore per subordinationem ad primarium tale esse debere merito dixerat) non autem quidquam**

de possibilitate entitatis identitatis effectus idealis (quod suum exemplar imitari verè, & realiter debet) cum ideâ & exemplari suo.

CERTAMEN III.

Quid diuinum Deo exemplar, & idea propria est.

1. Ideam, siue exemplar proprium diuinum, ipsum Deum esse, ex dictis certam. 1. est euidens conclusio: quia nihil Deo extrinsecum, adhuc secundum statum possibilitatis (de quo solum esse queritio possit) consideratum est idea diuina: cum ob summi artificis Dei, ac suæ diuinæ artis perfectionem, & decentiam: tum ob proprij exemplaris essentiam, & naturam: ergo idea proprietatis, diuina aliquid Deo intrinsecum est, ac subinde ipse Deus: id constanter Patres tradunt, Iustin. Mart. orat. exhort. ad gent. post med. laudat Platonem: esse quandam antiquiorem speciem separatam ab ipsa, quæ sensu percipitur: illam etiam rerum exemplar nominare solitus. Deum per hoc exemplar rerum intelligens. Clem. Alex. 4. Strom. versus finem: *Merito Plato enim, qui idem contemplatur, dicit videtur esse Deum inter homines: quia nimirum Deum contemplaretur, Euseb. Caes. 11. de præparat. Euang. c. 11. Plura in hanc sententiam ex libro de Republica, & ex Timæo refert, & circa medium, ipsum bonum boni ideam censet Plato, ut sit creatoris idea ipsum bonum summum, & creatis bonis antiquius prius, & primum, nempe Deus: eodemque sensu Platonem intelligit libro de eius placitis apud Eusebium ibidem Didymus, cuius hæc verba: est autem idea perpetua substantia causa, & principium, ut singularia talia sint, qualis est ipsa: & quemadmodum primitiua sensibilibus exemplaria ad hæc corpora præcedunt: sic, quæ omnia in se ipsa continet, pulcherrima, & aque perfectissima, huius mundi exemplar est: ad quam à creatore Deo ab inuenera substantia mundus simile formatus. Sicque Iustinus, & Augustinus Platonem intelligunt: in eandem de diuinis ideis sententiam consentiunt Cicero 1. Tullianar. ac de Oratore, & Seneca epist. 68. & quamquam Platonem primum eius vocis ideam inuentorem fuisse refertur Augustinus quæst. 46. ex octoginta tribus; tamen rem ipsam ex Socrate, & Moysè didicisse testatur, & quoad nominis inuentionem, idem censet Augustinus. 7. de Ciuit. cap. 28. circa med. ut Varro obseruat, & Viues ad eum locum: atque eandem fuisse de ideis Deo identificatis sententiam Philonis, & Hebræorum à Moysè edoctorum docet Eusebius cap. 12. init. expressius, ut infra referemus: & citato cap. 11. Didymum de recitatis proximè sic laudans. Hæc didymus ex sententia Platonis: quæ omnia multis alijs sapientissimis ille Moyses, à quo hæc isti detorserunt breuissimè conscripsit, & cap. 12. fine. Hæc latius diximus, ut ostendamus ideam animalium in intelligibili mundo positas, à quibus sensibilia ista secundum Platonem creatur, ab Hebræorum scriptura esse derivatas. Cui consentit Elias Creten. seu potius Billius ad orat. 33. Nazian. num. 31. Clithouxus in 1. Damasceni cap. 12. post med. Socratem & Platonem ideæ rationem ex Moysè didicisse.*

2. Dionys. 5. de diuin. nominibus: *exemplaria dicimus esse essentia rerum effectrices rationes quæ in Deo conuinctæ ante fuerunt, quas scripta diuina prædestinationes appellant, id est præsignationes, & prælineamenta rerum, non, prout prædestinationis vox Theologis sonat diuinaque, ac bonas voluntates, quæ constituunt, & faciunt omnia. Postremis hæc verbis exemplaria diuina in actu exercito, siue idealiter actu operantia, res ipsas, & effectus suos explicuit, ut patet & eiusdem capituli commentario, hæc Sanctus Maximus apud Albertum 1. p. q. 55. memb. 2. sub injt. causa primordiales sunt principia, quæ græci ideæ vocant.*

Bbb 3 cant

ant: hoc est species, & formas aternas, & incommutabiles rationes, secundum quas, & in quibus visibilis mundus formatur, & regitur: interius: Hae formas, siue ideas Dionysius, ceterique sancti appellant per seipsam bonitatem per se ipsam essentiam, per se ipsam vitam, Subinferius, Nulla siquidem virtus, siue generata, siue specialis in natura rerum invenitur, qua à primordialibus causis inassimilabili participatione non procedat. Plura fragmentaria ex Dionysio refert Ciparilhot, Decad. 5. c. 4. ante med. Rursus Dionys. c. 7. inter princip. & med. ait: Dei nos habere notitiam ex rerum omnium descriptione: ut, quae ab eo prolata sunt in lucem & imagines quasdam similitudines quae diuinorum eius exemplarium in se contineant.

3. Iustinus Martyr iterum orat, exhort. ad gent. errorem Platonis memoratum certam, 2. num. 3. cuiusque occasionem referens in communem hanc Patrum sententiam scripsit his verbis: Scribit Moyses Deum sic ad ipsum locutum de suo tabernaculo, & facies mihi tabernaculum per omnia simile exemplari, quod in mente praescriptum ostendi tibi. Ac rursus paulo post sic: utique facies iuxta formam, quam in mente ostendi tibi. Hae scripta nactus Plato, postquam diligenter pensauit, ita, ut debuit, existimauit esse quandam antiquiorem speciem separatam ab ista, quae sensu percipitur: illam etiam rerum exemplar nominare solitus, quoniam Moyses littera sic loquuntur de tabernaculo iuxta speciem in mente indicatam tibi sic facies, illud. Ad eundem modum de terra caelo homine in errorem lapsus videtur: quia non Deum ipsum, sed extrinsecum, & creatum ipsi mundi exemplar, (sicuti & Moysi tabernaculi exemplar) Deo fuisse putauit, consonat Boetius 3. de consolat. metro 9. Deum sic alloquens. Tu cuncta super no ducis ab exemplo: pulchrum, pulcherrimus ipse mente gerens, pende, superno ab exemplo, quod Deus solum est: nam reliqua creatura superna minime exempla, siue exemplaria sunt. Clem. iterum Alex. 6. Strom. Mundum philosophia barbara (in eo non barbara ipsi, sed sapiens) alium intelligibilem, alium sensibilem censet: alterum primum alterum boni exemplaris imaginem, & lib. 4. Strom. tribus paginis ante finem. Mens est locus idearum, mens autem Deus est, dixerat.

4. Damascenus orat. 1. de imaginibus. Sunt in Deo imagines, & exemplaria rerum, quae ab ipso futurae sunt: Subinferius: Non aliter antiquam fierent, erant expressa, quam si quis volens deum adiscere, prius imaginem, & formam ipsius in animo effingit, cogitationeque completitur, & 1. de fide c. 12. post med. in Deo constituit, imaginem, cuius exemplum, & expressio in praed. finito tempore fit. Anselmus praeter recitatum eius testimonium certam, 2. num. 4. ad rem hanc luculentissimum scribit. c. 8. Monol. circa finem, Nullo pacto fieri potest aliud rationaliter ab aliquo, nisi in facientis ratione procedat aliquid rei faciendae quasi exemplum, (siue, ut aptius dicatur) forma, vel similitudo, aut regula. Patet itaque, quoniam prius, quam fierent, vniuersa erant irratione summa natura quid, aut qualia, aut quomodo futura essent. Illam vero rerum formam, & similitudinem, & exemplum praecognitum ad creaturas faciendas ipsum Deum aeternum esse probat c. 9. & 10. praeterim verbis citato loco à nobis datis. Sed Damasceni plura, & Anselmi testimonia (sicuti & Patrum aliorum) dabimus cert. 4. vbi an in diuina scientia formaliter, an in aliis Deo intrinsecis idea diuina consistat: examinabimus, quidquid enim ex Deo intrinsecis ideae diuinae rationem habere Patres asserant praesenti Conclusioni aperte adstipulantur.

5. Tam multus in hac veritate stabilienda fuit Augustinus ut omnia eius testimonia proferre prolixum sit. Tota enim quaest. 46. ex octoginta tribus pluries illam (praeter celebre illud testimonium ex eadem quaestione recitatum. Certam, 2. num. 3.) statuit, sub eius init. ait: ideas latine possumus, vel formas, vel species dicere, ut verbum è verbo transferre videamur: Si autem rationes eas vocemus ab interpretandi quidem proprietate discedimus. Rationes enim Graeci λόγοι appellantur, non ideas: sed tamen, quisquis hoc vocabulo uti voluerit

à re ipsa non errauit, sunt namque ideae principales forma quadam, vel rationes rerum stabiles (quae nec diutiorum statuum capaces, & atque incommutabiles: Deus autem solus diutiorum statuum incapax & incommutabilis, est, vel. fin. Rationes principales quae intuetur creator. Ideas appellat, & sine concludit: hae ideas, siue formas, siue species, siue rationes, licet vocare: ac iterum principales, & originales formas nominat: atque ideas esse (Continencia eius, seu continua verba sunt) principales formas, & rationes rerum stabiles quae ipsa formatae non sunt, ac per hoc aeternae, ac semper eodem modo se habentes, quae in diuina intelligentia continentur. Addit nisi visione beata videri non posse, & eorum necessitatio participatione fieri, ut si quidquid est, & 6. de Trinit. c. ultimo: verbum perfectum, cui non desit aliquid, & ars quadam omnipotentia & sapientia Dei plena omnium rationum viuendum, & incommutabilium. & omnes vnum in ea, siue ipsa vnum de vno, cum quo vnum ibi nouit omnia Deus, quae fecit per ipsam, & 11. de Ciuit. c. 29. sine ait: creaturas, in verbo Dei habere causas, rationesque suas id est secundum quas facta sunt in commutabiliter facientes, & 1. Retract. ait: mundum intelligibilem à Platone positum, siue ideam esse rationem sempiternam, atque incommutabilem, quae fecit mundum visibilem quam, qui esse negat, sequitur, ut dicat. Drum irrationabiliter fecisse quae fecit: quod totum dixerat etiam cit. q. 46. post medium immediatè, ad verba exinde à nobis recitata cert. 2. num. 3. Plura ex ipso dabimus num. 7. & certam, 4. in sententiam eandem.

6. Nec tantum Patrum consensus, nisi scripturae imitetur esse posset, Primum sacrae paginae testimonium est ex Genes. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, vbi & homo ad Dei imitationem, & similitudinem, ac imaginem factus: Deusque eius exemplar, & idea asseritur, ut approbat Eusebius supra recitatus Didymum laudans 11. praep. cap. 11. verbi finem, & capite 12. initio Philonem super eo probans, & eius verba ad eum locum recitans, si quis voluerit significantioribus, uti verbis, nihil aliud intellectu dicit esse mundum, quam dei iam creatis verbum. Nihil enim aliud cuius illa intellectualis est, quam creatoris ratio creati iam cogitantis: quod dogma Moysis, non meum est. Apertè namque scribit ad imaginem Dei hominem esse formatum: quod si pars mundi imago imaginis est, vniuersalis iste mundus sensibilis ad exemplar diuinae imaginis factus est. Primitiuum ergo significum, quod intellectualem mundum appellamus, ipsum exemplar est. Primitiua idea idearum omnium Dei verbum: siueque intelligit Philo iniuria illud Genes. in principio creauit Deus caelum & terram: ut sensus sit, in verbo suo: solumque defuerit illi mysterij Trinitatis expressa fides, & cognitio, ut eum plurius Patribus non dixerit in fine.

7. Secundum testimonium sit ex illis Ioan. 1. verbis, iuxta Augustinum, & aliorum Patrum dispositionem, quod factum est in ipso vita erat. Ad quae Augustinus tractat. 1. in Ioannem inter alia ad rem hanc: facta est terra, sed ipsa terra, quae facta est, non est vita, quae terra facta est, haec vita est. Subdit exemplum. Faber facit arcam. Primum in arte habet arcam: si enim in arte arcam non haberet, non esset unde fabricando illam proferret: sed arca, sic est in arte, ut non ipsa arca sit: quae videtur oculis, in arte inuisibiliter est in opere visibiliter. Subinferius, Arca in opere non est vita, arca in arte vita est, quia viuunt anima, artem. Quem locum similiter explicat 5. de Genesi ad lit. c. 14. 15. & 16. & init. capitis 15. inde inferit in qua vita vidit omnia, quando fecit: & sicut vidit ea, quae vita vidit omnia, quando fecit: & sicut vidit ea, ita fecit, non praeter seipsum videns, sed in seipso. Et ita apud ipsum author Dialogi 65. quaest. 1. q. 16. sub apud ipsum author Dialogi 65. quaest. 1. q. 16. sub tradunt etiam Beda, Rupertus, & S. Thom. qui etiam 1. p. quaest. 18. a. 4. Magist. 1. d. 36. c. Propter ea vbi S. Bonavent. art. 2. quaest. 1. Alex. 1. p. quaest. 23. metaph. 4.

metaph. 4. art. 1. §. 4. Albert. 1. part. quæst. 55. metaph. 2. art. 3. post med. est etiam interpretatio Anselmi hinc cap. 34. & init. cap. 35. Monolog. ubi questionem discipulat, an creatura melius, veriusque in se sit in suis ideis quam in seipsis: asserens melius, veriusque in se, quam in nostris creatis ideis etiam esse; at melius veriusque, quam in seipsis esse in ideis diuinis concludit verbis hinc: *Cum ergo constet, quia omnis creatura substantia, tanto verius est in verbo, & intelligentia creatoris, quam in seipsa, quanto verius existat creatrix, quam creata essentia, quomodo comprehendat humana mens cuiusmodi sit illud dicere, &c.* Scio Græcos Patres aliter textum Iohannis dispungere: & sine ipso factum est nihil quod factum est, ut alia deinceps clausula & sententia plena sit: in ipso vita erat: nec improbabilem proinde esse eam disputationem: id autem solum efficienti sententia nostræ certam, & infallibilem ex contextu collectionem non esse; non autem non esse valde probabilem, & ex dictorum Patrum, & Scholasticorum mente apertissimam: sita verò disunctio textus probatur, probandaque fit sacrorum interpretum quæstio est aneps.

8. Tertius scripturæ locus ex 11. ad Hebræos ubi Paulus fide intelligimus aptatam esse saculo verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent: quem locum sic interpretatur ibi Anselmus, ex inuisibilibus facta sunt visibilia, id est ex intellectu mundi visibilibus: inuisibilibus enim mundus in sapientia Dei erat: & ad illius imitationem factus est iste visibilis, quam interpretationem huius loci tanquam Augustini refert, & sequitur glossa ordinaria apud quem tamen expressa super eo loco non extat: sed virtute quidem eius interpretatio est cum 1. Retrahit visibilibus, & inuisibilibus mundi Platonicæ huius idearum meminerit, ac locutionem probauerit, atque inuisibilem intra Deum esse docuerit in suaque sapientia, ut num. 6. aiebat: est autem expressa interpretatio S. Thomæ, ibi lect. 2. & sanè vox aptatam, consonantiam, & correspondentiā seculorum Dei verbo propriam imaginis cum sua idea, & exemplari suis expremit: cum autem id fide à nobis intelligi Paulus dicat: idque, ut, quomodo, visibilia ex inuisibilibus esse declararet; & ostendat: aptissima, & interpretatio videtur: ac subinde ex eo testimonio magnopere præsentem nostram Patrum, & Theologorum conclusionem firmari.

9. Opportunè hic obiectioni illi semel propositæ certam. 1. numer. 1. rati. 2. & certam, num. etiam, 1. rati. 1. respondebo: cum eius solutionem huc (ad locum nimirum proprium) remiserim: fatemur imitationem creaturæ, vel factæ, vel faciendæ. ut imaginem creatoris ad amulsum, ut aiunt exæquatamque cum Deo similitudinem, neque esse, neque usquam posse: ceterum neque viliam esse posse rei factæ, vel faciendæ cum seipsa, ut possibilibus, ut contendebatur ab aduersariis certam. 2. numer. 1. quia nihil sui ipsius imago, & imitatio (presertim realis, ut effectus cum suo exemplari) esse valet, sibi que verè simile: sed neque cum diuina cognitione rei factæ, vel faciendæ maior similitudo est, (ut hic, ne iterum certam. 4. eadem suboriatur obiectio, præcidatur) quam cum diuinis reliquis: si quidem è conceptu suo inuisibilis infinita, & omniscientia est, ut sepe vidimus: quare, & excellens imitatio quodvis obiectum creatum, imò & creata omnia obiecta in ratione suæ formalis, & intrinsecæ representationis, cui proinde nequeant creata cuncta, nisi per infinitam defectionem assimilari. Hoc igitur ab omnibus admittendo, atque à me admissio, aliorumque multis minus solidis, & perspicuis subtilitatibus, nego propterea diuina prædicata Deumve à rationis perfectissimam, summamque exemplaris excludi, aut artificis summi à Deo prærogatiuam. De ratione enim summi exemplaris diuini est vniuersalitas, & omnitemporalitas, & diuinæ scientiæ omniscientiam, & virtutis diuinæ actiue, adeoque dignæ esse Omnipotentiam, quin alicuius obiecti scientia, vel creati effectus potentia, nisi obiectorum, & creatorum omnium scientia, & potentia diuina sit, esse vllatenus possit. Quod autem ex adeo superexcellenti, atque in-

finite per excessum distanti à creaturis exemplari limitate, ac minutula entitatis, & perfectionis creaturam Deus, in suo quaque genere, perfectam, & absolutam efformet, non artis, artificivè defectus & imperfectio est, sed summa propriæque artis, & artificis diuini perfectio, & commendatio.

10. Artificum creatorum mille obuiis exemplis demonstratur. Hominem siquidem in eadem mensura, & proportionem, qua, vel homo, vel Originale, & exemplar est imaginem prius similem depingere, vulgaris adhuc pictoris est; at verò breviori tabula, aut brevissima illius transumptum perfectum exprimere, artis est non vulgaris. At ex vi iam hominis idea qualis puer ille fuerit depingere multo sane accuratioris artis & artificis est. Hinc insignis ille sculptor cum clis vetusti sui sæculi artificibus admirationi fuit, quod nauim tam exiguo eboris frustulo cum supellectili omni describeret, ut totum opus musca expansis alis obtegeret: atque per exigua illa Christallina Archimedis Sphæra, in qua nihil non amplissimæ Cælestis fuerit figuratum, quam Iupiter ipse, & suæ, & deorum artis paralle dicitur conuicium, apud Claudiani epigrammate sui operis fine. Phidias item, quod breui Scuto Gigantomachias, & Amaconomachias omnes figuravit: & magis ad rem nostram de totius mundi imagine à Deo in homine expressa, qui propterea Microcosmos, siue paruum mundus, nominatur, aiebat Philo ita à Deo effectum: *quemadmodum Colefforum magnitudines in exiguo exprinuntur annulo.* Sic ergo, qui infinitas illas entitatem, substantiam, & perfectionem diuinam pro cuiusque limitate, & minutula creaturæ modulo, & capacitate, ita à Deo depictas (ut sic loquar) & sculptas in creaturarum formatione videat, ut per eas author Deus mentibus nostris fere ad conspectum ingeratur (iuxta illud ad Rom. 1. num. 20. *inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita ut sit inexpressibiles* (Philosophi) non poterit non diuinam artem, summamque artificem ipsarum Deum mirari; nec tamen poterit demerari.

CERTAMEN IV.

Quid diuinum idea, & exemplar, & quorum obiectorum Deo sit, statuitur.

Instaurandum hic prælium cum Doctoribus citatis certam. 1. numer. 1. asserentibus ideam, & exemplar vniuersum non in obiecto aliquo, sed in cognitione formali, qua scilicet obiectum artificis formaliter representat consistere. Hanc enim generalem doctrinam, ut Deo ideam propriam, ipsi iuxta Patres intrinsecam & re ipsa identificatam, (cuiusmodi eius scientia est) designarent, excogitauerunt: & quamquam generalis illius doctrinæ fundamenta à ratione partim certam. 1. num. 2. partim certam. 3. à numer. 9. disseceimus; tamen quæ specialia, quoad diuinæ ideas apud Patres pro his Doctoribus legauit genuino sensu, minime nobis aduerso, explicanda hic erunt. Et primo Dionysius recitat certam. 3. num. 2. initio ubi ideas, & præfinitiones, & prædestinationes à scriptura diuina nominatas ait, quem his laudat, & sequitur Damascenus Orat. 1. de imaginibus pag. 3. *Has imagines, & hac exempla præfinitiones appellat Sanctus ille Dei munere diuinitis in rebus considerandis, & explicandis excellentissimus Dionysius: omnia enim ab illo præfinita, & sine ulla commutatione futura in eius Consilio non aliter, antequam fierent, erant expressa, quam si quis vellet domum adificare, prius imaginem, ac formam ipsius in animo effingit, cogitationeque complectitur, & 1. lid. cap. 12. post med. intuetur omnia, priusquam deducan*

deducantur ad ortum, intemporaliter, intelligens unumquodque secundum voluntariam ipsius intemporalem intelligentiam: que quidem est præfinitio, & imago, cuius exemplum, & expressio in præfinito tempore fit. Consonat Sancti Maximi, apud Cypariet, decad. 8. post medium ex Dionysio dicens: ea, qua Deus produxit prius existisse in Deo secundum præfinitionem, & præcognitionem.

1. Verum quid præfinitionis nomine Dionysius velit, diximus ad eius locum certam, 3. num. 2. init. deinde ostendimus: non loqui illum de ideis præcisè qua talibus, sed de illis, ut coniunctis cum voluntate operandi aliquid ad ipsarum exemplar, siue cum omnibus ad exercere operandum requisitis: atque in eas, ita sumptas, rectè præfinitionis, & prædestinationis, siue determinationis voluntatis diuinæ ad agendum nomen cadit. Sed quid, sic in sua proprietate sumptæ præfinitionis, & prædestinationis voces his doctoribus faueant, non video. Non enim de actu intellectus, sed voluntatis diuinæ probant; & Damascenus Dionysij interpretationem agens testimonio secundo ubi intelligentiam expressit, voluntariam adiunxit; cum tamen ideae in Deo non magis voluntariæ sint, quam omnipotentia, quæ prius naturalis Deo est, non voluntaria. Itaque non de ideis puris intelligentiam esse dixit, sed de voluntaria Dei ad operandum secundum idearum intelligentiam, siue secundum ideas intellectas; id quod ostendit clarus exemplo artificis, qui rei faciendæ in animo imaginem effingit, cogitationeque complectitur. Aliud ergo imago est, quam cogitatio, qua cum artifex complectitur, differtque per Damascenum. Nec magis his doctoribus fauent Augustinus supra recitatus ex q. 46. ex octoginta tribus, ter, quæcunque ideas rationes rerum in mente Dei appellans: atque infra, & certam, 5. ex aliis locis recitandus; ratio autem in mente est eius cognitio, & sapientia, sed nec alij recitati fauent amplius, dum aiunt esse ideam in sapientia creatoris. Nam hi omnes locum, & sedem earum, ut intentionaliter mouere Deum possint, ut iuxta eas operetur, designant; non verò ideas ipsas, ut verba in mente, in sapientia satis declarant, & Augustinus ex quæst. illa citatus, & recitatus cert. 3. num. 5. testimonio primo, non dici proprie rationes, sed formas, seu species aiebat: quia ratio actum mentis, seu locutionem proprie significat non ideam: quibus videam proprie à cognitione se iunxit, Anselmus verò iam recitandus ex 10. Monolog. aliud, quam scientiam, voluit in Deo ideam esse, (sicut & August. 5. de Genes. ad lit. cap. 13. ibidem in eandem sententiam recitandus) & eam quidem à cognitione differre exemplo ideæ artificis creati, ut supra Damascenus significauit.

3. Et quamquam Platonis, & aliorum Philosophorum mens, & sententia non magni Theologorum refertur; aduersari tamen eis locis, quibus alij doctores putare possent, non habemus. Illud enim, quod è Trismegisto, & Chaldaeis refert Euseb. 11. præparat. Euang. cap. 11. ideam esse Patris cogitationes, & rationes vniuersales naturæ utramque coniunxit; & rationes vniuersales naturales, quæ apud Philosophos cognitiones non sunt, & cogitationes seu cognitiones earum, siue quibus secundum ideas suas nequit operari Deus, quod autem immediate adnectit Euseb. Stoici, quia Zenone originem ducunt, notionem in animis nostris anteipatas ideas esse dixerunt: Minus difficultatis habet. Notio, siquidem nota, & character proprie dicitur, non autem cognitio: ut controu. de Trinit. de diuinis notionibus diximus: quod ibidem ait Socrates, & Plato ideas cunctas à materia substantias existimant in sensu, visque Dei, id est mentis substantes; potius hos Doctores oppugnat. Id quod de utroque ex Plutarcho refert Eusebius 1. de perenni Philosophia cap. 12. ubi, & Plutarchum: idem esse diuinam mentem, atque ideas istas iudicasse refert, ex Philone vero & Plotino, idem esse totam idearum seriem, atque ipsam immensam Dei sapientiam, & ordinationem idem, quod res ordinatas, non esse apertum est & certe, cum ideæ non, nisi cognitæ artificem ad opus mouere intentionaliter possint, quandoque earum cognitioni necessariè illius no-

men primi illarum adiutores Philosophi applicuerunt: eius tamen obiectum non excludentes, sed confundentes verumque. Vnde Cyrill. Alex. 2. cont. Julian. vers. fin. 5. videtur aiebat, ideas interdum essentias, & per se subsistere affirmat Plato, aliquando autem & cogitationes Dei definit. Sed quamuis deus Platonem, & Philosophos stricte, ac distincte de ideæ ratione locutos, nec ipsam cum necessariè eius applicatione intentionaliter cognitionem confundentes, quandoque ideas in cogitatione constituere videntur: cum iidem alibi in cogitationis seu cognitionis obiecto sapius, ut vidimus, constituent, & illos stricte, propriusque locutos, ubi constantius, & frequentius loquuntur, longe probabilius pro nobis est. Illud autem certum est: varios testes, ac subinde nullius auctoritatis esse, maxime pro sententia, cui ipsi toties repugnant.

4. Sed præter generales rationes, quæ ideam nullam in obiecti cognitione non posse consistere, sed potius in eius obiecto vniuersim probant certam, 1. speciales in ideis diuinis duæ succurrunt doctè notatæ à nostro Ruz d. 92. sect. 6. à num. 16. Quia alioqui Augustini, Anselmi, & aliorum Patrum, quos & dedimus, & vterius dabimus, ac Theologorum cum Sancto Thoma illos imitantium nugatorie rationes erant, & ridiculæ. Probant enim omnes ideas in Deo esse, ac Deum per ideas operari, quia per artem, rationem & intellectum creata operatur: atqui per vos idea ipsa cognitio est: ergo probatur, agere Deum ex cognitione, per cognitionem, quia agit per cognitionem, & ex cognitione: quod est idem per idem ineptissime probare: quod de Patribus & Theologis, tot, tantique admittere probrosum, ac subinde absurdissimum est: est autem hæc Patrum, & Theologorum communis, constantque probatio ex aduerso principio de se, atque experientia nobis: nimirum artem omnem ab ideis, & exemplaribus suis, ac proinde artificialibus cognitionibus distingui, ut obiectum à sui cognitione debere: id quod satis presse docuit S. Thom. 1. p. quæst. 15. art. 1. ad 2. Sapientia, & ars significantur, ut quo Deus intelligit, sed idea ut quod Deus intelligit. Secunda ratio: quia hi ideas diuinæ in Dei cognitione consistunt, cum ea practica, nihilque aliud esse debeat, facilius multo, & aliunde probandæ essent quam vnde probantur: nempe ex eo, vnde cognitiones practice probantur in Deo, ut per se patet.

5. Arguo tertio quia, ut Deus ex ideis, & per ideam operetur aliquid vterius cognoscendum, quam, ut practica eius cognitio sit, requiritur: quod aliud esse nequit nisi obiectum, cuius ad imitandum operatur. Hoc autem ipsum ideam, & exemplar est: ergo in obiecto illo vterius cognoscendo, non autem in cognitione practica ratio stat ideæ. Antecedens assumptum probatur, quia, ut cognitio sit practica, sit est cognoscerem faciendam modumque quo actiue siue à potentia actiua apponi in executione debeat, ut autem ex arte, ideæque, & exemplari, eiusque ad imitationem, & imitatur seu imitatur, aliquid aliud cognosceri ab artifice opus est, ut patet. Argumentum aduersariorum à ratione præcipuo, quod scilicet creata in Deo non formaliter ob immensam dissimilitudinem in Deo continentur, ut opus est continetur in exemplari exemplatum, seu illius imitatur imago, & si continentur actiue, diffecimus cert. 3. à num. 9. quia, sicut in omnipotentia admittitur contentia actiua non formalis seu formæ ad similem primam effectus, sed eminentialis: etiam in Deo idealis contentia, non formæ ad similem prorsus formam, sed eminentialis debet admitti, est in agentibus creatis ex eminentiali contentia actiua idealis inferri nequeat: quia respectu Dei (qui nihil creatum pro idea habere potest, ut vidimus certam 2.) admitti debet, quod respectu artificis creati cuius ars, nisi ex formaliter simili imaginem edit, quia nequit superiorem speciem ad inferiorem imitatur in arte facto deducere, ut experientia constat: & quia id summæ artis diuinæ proprium & admiratione dignum, ut vidimus est, si quæ alia sunt primam conclusionem impugnant.

6. Doct

Disp. VIII. Quæst. III. Certam. IV. 389

6. Dico primo essentia diuina, physice loquendo, vt imitabilis à creatura est propria idea diuina est expressa conclusio Sancti Thomæ 1. p. q. 15. a. 1. corpor. & ad 3. & a. 2. corp. sine in quantum (ait) Deus cognoscit suam essentiam, vt sic imitabilem à tali creatura cognoscit eam, vt propriam rationem. Et ideam huius creatura, & quæst. 3. de veritate art. 2. corporis sine, essentia non accipitur absolute ab intellectu, vt idea verum, sed cum proportionem creaturae sciendæ ad ipsam diuinam essentiam secundum quod deficit ab ea, vel imitatur eam &c. Constat sibi 1. contra Gentes cap. 54. sapè sed maxime sine, in 1. d. 36. quæst. 2. art. 1. corpor. & ad argum. & art. 2. consentiunt omnes eius interpretes citatis locis, Ferrara ad locum contra Gentes, Capreol. dist. citata q. vn. art. 1. Caietanus ad locum 1. p. Bæa, Gonzalez & Dominici reliqui. Ex Thomistis notis Molina 4. p. uult. Valentia quæst. 15. punct. 2. sentent. 6. & alij omnes, qui in 1. p. commentario perpetuo scribere (si Valquez & Martinonem excipias) consentire. Ex præfatis S. Bonauent. in 1. d. 35. art. 1. quæst. 1. corp. præferim sine, vbi similitudinis expressum nomine ideam nominat, atque explicat non formalem expressionem, sed eius principium obiectum, sue obiectum formale specificans, & terminans cognitionem intelligit vt ex contextu claret, & ex quæst. 2. corp. vbi idea est similitudo, qua est ratio cognoscendi. Richard. dist. 36. art. 1. quæst. 1. corp. quæst. 2. corp. sine quæst. 3. Argentina ibi quæst. vltima art. 1. vlt. finem & art. 2. Argid. art. 2. quæst. 2. ad 2. Aureol. p. 2. art. 1. col. 6. S. Reflat, Henricus in sum. p. 1. art. 68. quæst. 5. corp. & quod. 9. quæst. 2. Tarant. & Videric. apud Cathol. in 1. d. 36. quæst. 1. circa med. & vltimus. Albertus 1. p. quæst. 55. metaph. 2. Masli. lib. 1. Sententiar. quæst. 1. art. 1. est ambiguo quandoque loquatur, quos refert, & sequitur nolter Ruiz d. 82. sect. 6. quibus adde scholas omnes citatas certam. 1. num. 6. Hanc conclusionem expresse docent August. & Anselm. recitati cert. 2. num. 3. & 4. & omnia locis ex ipsis, alijs Patribus, Philosophis, & ex scriptura recitatis toto fere cert. 3. imo & eis testimoniis, que, pro idea in cognitione diuina constituenda, nobis opponamus hic num. 1. vt ex eorum genuina interpretatione, & intelligentia data num. 2. claret.

7. Quibus adde Clement. Alexand. 5. Strom. sub initio dicentem, idea est diuina intelligentia, sine, quod à mente diuina intelligitur: & Dionysium c. 5. de diuinis nomin. apud Sanctum Thom. 1. contra gentes cap. 54. post med. aientem: quidam Philosophus. Clement. nomine dixit, quod nobiliora mentibus sunt minus nobilium exemplaria: Subinde autem nobilissimum, & infinitum ens Deus cæterorum exemplat, & idea est. Hunc autem Philosophum illum fuisse, qui postea Petri & Discipulus fuit, & successor satis probabiliter, & prudenter coniectatur Cathusianus loco citato. §. Apparet demum, & Augustinus 5. de Genes. ad litteram, vbi postquam quatuor anteriores capitibus statuerat, rationes, & formas, rerum in Deo vitam esse ait: cap. 16. sub init. Neque enim ea faceret, nisi ea uideret, ante quam faceret, nec nosset, nisi uideret, aut uideret, nisi haberet ea, qua nondum facta erant, nisi quemadmodum est ipse non factus. Sed aiunt aduersarij: essentiam diuinam, vt imitabilem à creaturis formaliter cognosci à Deo non posse, quin creaturae cognoscantur, ac proinde idea diuinæ cognitio, sic creaturam cognitio, quare & ipse etiam, vel solum, vel partim ad ideam diuinam spectabunt: quod variis modis contra nos versant apud Ruiz sect. 5. num. 16. nullo tamen firmo eis responderet, 8. à num. 9. distinctione obiecti directi, & in se cogniti, & indirecti, cognitiue in alio: vt illud, quod Deus est, idea sit, locis istud, quod sunt creature, est, vt imitabilis à creaturis, atque, vt idea 3. absque creaturis cognosci nequeat: cæterum ea nos doctrina rei non possumus, qui mediocrem vltim ad aliquid cognoscendum Deo ostendimus impossibilem, nullamque relationem, seu connexionem, nisi directè cognitis terminis cognosci à Deo posse. Respondeo expediri: rationem idealis

Christoph. de Orrego, de Deo Vno, Tomus I.

principij, siue idea in Deo absolutam prorsus à creaturis ipsam imitaturam esse, non secus, atque omnipotentiam à possibilibus: quare à Deo ideam, vt in se est, intueretur, abique illa creaturatum cognitione cognosci quauis autem, vt exercere ad eius imitationem creatura à Deo produceretur, hæc etiam præfata à Deo debeat, vt materia ideam imitatura, non autem vt idea, & exemplar, sed vt ideatum, exemplandumque, (vt sic loquar) cognoscitur: vt docui certam. 2. num. 2. sine ad Gabrielis argumentum: id quod è proxime dicendis, clarius adhuc, apparebit. Sed explicari ad plenam, planamque conclusionem huius Patribus, & Theologis communis intelligentiam vltius debet, sub quo conceptu, & formalitate obiectiua essentia diuina, (qua, vt imitabilis à creaturis, idea diuina asseritur, idea diuina sit. Potest enim essentia, & physice, & metaphysice tam Theologicè, quam Philosophice sumi, vt controu. 1. d. 2. vidimus, & explicuimus: quare, cum vtro modo sumatur præfata conclusio non explicaretur, definiendum hic est.

8. Dico secundo: essentiam diuinam non solum secundum prædicatum essentia metaphysicæ Dei, siue entis à se (quo essentiam Dei metaphysicam constituimus contr. 1. d. 2.) Sed secundum prædicatum reliqua ipsam metaphysicè consequentia rationem, metaphysicè etiam loquendo, ideam propriam diuinam habere. Hoc expressit Sanctus Thom. immediate ad verba recitata ex quæst. 3. de veritate art. 2. corp. sine, & ex Augustino, & alijs recitandis certam. 5. pro diuersitate, & pluralitate diuinarum idearum cum enim essentia diuinæ metaphysicæ conceptus formalis obiectiui indiuisibilis sit metaphysicè, si is solus idea diuina esset, non minus repugnaret ideæ, quam indiuisibilem illum conceptum metaphysicè idearum cum enim essentia diuinæ metaphysicæ, insuper plerique Patres, & philosophi, & de diuinis ideis pluralitatem, vel aliter, vel supponentes hoc ipsum argumentum confirmant. Tertiò apertus pro hac conclusione est S. Maxim. partim iam, & integrè hic recitandus apud Albertum 1. p. quæst. 55. metaph. 2. argum. 4. dicens: Has formas, siue ideas Dionysius cæterique sancti appellant per se ipsam bonitatem, per se ipsam essentiam, per se ipsam vitam, per se ipsam virtutem, per se ipsam sapientiam: quæcumque enim bona sunt, participatione per se essentia sunt: & quæcumque viuunt participatione per se vitam viuunt: & sic de alijs participationibus, & participantibus. Idipsum expressit S. Thomas recitatus num. 6. ex quæst. 3. de veritate art. 2. illis verbis cum proportionem creaturae sciendæ ad diuinam essentiam, secundum quod deficit ab ea, vel imitatur eam.

His apertissime participationem similitudinariam formalem creaturatum à Deo ac prædicatis eius tradit Maximus, nec solum actiuum, quæ à sola eius actiua virtute, seu omnipotentia est. Illique ipsis rationem à priori conclusionis suæ, & nostræ tradit etenim idea diuina propriè est Deitas, siue substantia, & essentia diuina, quatenus imitabilis à creatura, siue qua imitationis creatæ capax est, vt vidimus: aut capax est imitationis creatæ, no. solum secundum prædicatum essentia metaphysicæ, siue entis à se, sed etiam secundum reliqua prædicata illam consequentia viuens, spirituales, intellectuales, tam in actu primo, quam secundo, durantis presentis: ergo non solum secundum prædicatum essentia metaphysicæ, sed secundum reliqua essentia & substantia diuinæ, habet rationem propriam ideæ. Nec obest conceptum formalem obiectiuum ideæ iuxta nostrum principium è genere suo infinitum simpliciter esse debere, etiam per denegationem termini extrinseci: quare, & indiuisibiliter infinitum, nec ex pluribus formalitatibus metaphysicè adhuc compactum: id enim de non transcendens prædicatis diuinis intelligendum est: secus de transcendens, vt infinitas, quæ omnia diuina metaphysicè transcendit, indiuisibilitas, seu simplicitas, è quorum genere est imitabilitas à creaturis. Probatur secundo quia pro priori metaphysico signo ante reflexam scientia diuinæ cognitionem

Ccc intell

conius species idea omnium indiuiduorum illius, idea atque eo saltem sensu omni idea sit: est verò Augustinus statim ob aliam considerationem de sua conclusionem dubitare videatur, imò, & in oppositum vergere; nullatenus tamen in aduersam suam, & nostram inclinat, aut ambigit de sua solum enim concludit etiam de singularibus species cuiusque debere esse in Deo rationem huius ideam; nusquam tamen à species suae idea diuersam. Neque id, vt suis rationibus satisfacere debuit docere; cum satis, vt indiuiduorum exemplaris causa, & idea sit, (neque enim species vera causa, & idea esse, nisi indiuiduis includatur potest, sicut nec ipse secundum se precise produci) rationes indiuiduas. Les etiam in species idea eminenter contineri, quo solum modo, & species ipsa continentur.

3. Hic de ideis queritur: Num infinita, an saltem infinitorum Cathegorematicæ ideæ sint? & an absolute faciendorum, an saltem factibilium? & de infinitate faciendorum absolute intra speciem quamque, vel etiam intra species omnes eadem quæstio est, cum ea quam supra de Dei scientia habuimus. An Deus cognoscit infinitum in actu, & cathegorematicæ tale? eritque hic, sicut ibi negatiue decidenda eisdem fundamentis, & solutionibus oppositionum datis ibidem circa infinitatem absolutam possibilibus, factibiliumque omnium affirmatiue respondendum erit; si infinitam pluralitatem rerum discretam non repugnare statuatur, quod vero mihi similis longe est alioi tamen contro- uersis physicis fundatum; & si vera sit iam subiicienda de idearum infinita pluralitate conclusio, nequit à veritate deficere, cum non indiuiduorum solum, sed & species infinita pluralitati innitatur. Dicendum igitur est ideas in Deo alias ab aliis formaliter diuersas infinitas esse: quia, & rerum possibilibus species infinita sunt, vt communiter docetur; imò & inter hominem, & Angelum perfectiores, & perfectiores species possibiles infinitas esse S. Thom. & Doctorum communis sententia est: cum autem pro species pluralitate ideæ diuine formaliter multiplicetur, & has infinitas esse consequens. Nec te contra idearum diuinam pluralitatem, & distinctionem formalem moueat, Deum, respectu cuius ideæ solum sunt non posse in re eadem physicè vnari formalitatem ab alia præcideret ostendimus enim controuersis Philosophis, & Theologis præcideret posse ex parte obiecti, & Beatos; & Deum (ni eius scientia è conceptu suo metaphysice in se omni scientia, & infinita foret) neque in eo visionem, & intuitionem rei physicè eiusdem à cognitione abstractiua, & per alienas species habita discriminari. Adde ideæ metaphysicæ rationem omni ideæ rationem, vt physicè sumpta est, sed pro capacitate creaturarum, vt Dei aliquid suo modulo imitentur diuifibilem.

4. Circa questionem excitatam verbis Anselmi re- citatis certam. 3. numer. 7. circa finem asserentis melius esse creaturas in diuinis ideis, quam in seipsis, est melius in se fieri, quam in ideis creatis: duo examina- ri possunt. Primum eius asserti veritas: secundum mo- dus, & ratio, qua in diuinis ideis melius creata ha- bent, quam in seipsis: & de asserti quidem veritate nos ambigere non sinit Anselmi autoritas adeo ex- pressa, maxime, cum eam ebiberit sententiam ex Au- gustino 5. de genesi ad liter. cap. 15. post med. ita sci- entia. *Hæc omnia prius, quam fierent, erant in noti- tia scientia: & vtrique ibi meliora, ubi veriora, ubi acriora, & incommutabilia.* Quod ipsum de eorum in- tellectus existentia, in quibus vita erant, antequam fie- rent, dictum Augustinus voluit, est eis verbis scien- tiæ solum meminit: siquidem & ratio eadem de ideæ, atque de scientia diuina est, & locus, ex quo eam sen- tentiam deduxit est Ioan. 1. *quod factum est in ipso* erat, quem ipse capit. illo 15. & anterioribus, alique locis de creatorum existentia in Deo eiusque verbo interpretatur: quare eandem de existentia eorum in scientia, ac in verbo, & diuina idea voluit esse sen- tentiam.

5. De modo, & ratione qua vera ea sententia sit maior difficultas visa est nostro Ruiz d. 81. sect. 5. præ- Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus. I.

cipue, cum Anselmus neget melius, veriusque esse crea- ta in sua scientia, & ideis creatis, quam sint in seipsis: tantumque esse apud Theologos rationis assignandæ difficultatem, vt conueratis doctoribus, qui eam, & olim, & nostro seculo rationem, & modum indaga- runt (nimirum S. Th. in 1. d. 35. quæst. 1. artic. 2. quæst. 18. artic. 4. ad 3. de verit. quæst. 4. artic. 6. S. Bonauent. d. 36. art. 2. quæst. 2. Eg. d. 35. quæst. 3. Richard. d. & quæst. eadem, Carthui. d. 36. quæst. 5. apud quem Vdal- uic. & Tarantius, Valdeni. tom. 1. lib. 1. artic. 1. cap. 3. columna vltim. Valquez 1. part. d. 70. §. vltim.) nemi- nem in modo, & ratione eius veritatis reddenda cum alio continere dicat numer. 5. ac proinde eorum imita- tionem tradit. Sed Patrum sensus, & ratio plana est nec discursibus egens: nempe id idea, & exemplari diuino creata vitam, & essentiam diuinam esse nec aliud quid- plam: quod dubio procul melius, veriusque, quia con- stantius, & incommutabilius esse est, quam ipsum creatum esse intrinsecum, commutabile, & defecti- bile.

6. Nihilominus laudandus est Ruiz nostri labor; & discursus: creata scilicet per ideam maius spatium ab impossibilitate chimæ ad suum esse, & subinde veri- tatem absolutam, transcurrit; quam ab ideis ad ipso- rum esse absolutum, & actu percurrendum refert; cum maior sit transitus ab impossibilitate ad possibilitatem essendi, quam ab hac ad esse actuale iam possibilem: quare considerato, quod præter, & ultra concessum rebus possibilitatis conceptum per ideam diuinam (suppo- sita tamen inquit intrinseca earum non repugnantia) eorum esse absolutum & veritas actualis in illis ponit, plus multo est, quod ab ideis in ordine ad essendum re- ciunt, quam vltimus absoluta sua existentia, & veri- tate recipiunt quod, ni illo præsupposito habere non possent: laudandus inquam labor, & discursus est; non autem admittendus. Nam insuperabilis illa distantia, quæ in ordine ad essendum ab impossibilitate ad possibi- litatem creaturarum per harum intrinsecam non repu- gnantiam, non autem extrinsecam ab ideis, habetur per te: quare totus discursus languet: quod enim per ideam, vti causam necessariam sui, proximiora suo esse creata sint, gradus quidem est, sed non immensus ille ab impossibilitate ad intrinsecam non repugnantiam sui, & possibilitatem creatorum: & gradus quidem, qui à cau- sis necessariis effectuum creatorum (puta vitalium) eiusmodi effectibus tribuitur; qui tamen non proinde melius in suis causis veriusque quam in seipsis esse à Patribus & Theologis dicitur. Sed expresse potius ab Anselmo negatur. Discursus eiusdem alius subiun- ctus in præcedentis confirmationem num. 8. ex maiori rerum naturali inclinatione ad vniuersi conseruationem, quæ Deo (in quo idealiter sunt) deficiente non esset, non est illius confirmatio, sed potius diuersus, & politicus, qui subinde non in rebus ipsis, sed in gubernantis pro- uidentie locum habet. Neque exempla grauium sur- sum, & leuium deorsum contra sua commoda priuata, & naturalem propensionem, ne deur vacuum, venien- tium oppositum suadent: quia non veniunt: sed trahun- tur vt in physicis ostendi.

7. Huius veritatis occasione hæresum seculi proxi- mi seminator & securigo Vriq. eff. apud Valdensem cit. cap. 1. num. 1. & circa med. asseruit ratione existen- tiæ idealis creaturarum in Deo dici absolute, nec addi- to, secundum esse ideale, omnis creatura est Deus est, inquit apud radiiores equum aut asinum esse Deum male sonet. Rationem subdit: quia talia subiecta sunt, qua- lia à prædicatis præmittuntur: quare cum ex parte præ- dicati Deus ponatur se solo facit pro esse ideali crea- turam supponi, est in propositione esse ideale ipsius non exprimitur; negat inde hanc conuertentem, ergo Deus est creatura, quia ex parte prædicati creatura posita, nequit ex subiecto determinari, vt secundum, seu pro esse ideali supponatur. Discremen hoc refert Valdenis ibi cap. 2. sub init. & confutat vsque ad caput nonum.

8. Cæterum: est regula illa dialectica pro varian- da subiectorum suppositione ex prædicatis adiuncti vera sit, vt docuit etiam Boethius, & ex ipso Theologi re- liqui

ORTEGA
A. pari
Vla

liqui pro variis locutionibus in materia de Trinitate explicandis, quibus nos Controu. vltima de incarnat. d. vlt. & controu. de Trinit. d. etiam vlt. non solum consensimus, sed & in eius confirmationem non pauca de nostro addidimus; atq; prædicata nuda propositionis non mutant sine addito alienante à propria significatione ad impropiam subiectum, vt regula etiam dialecticorum est. Equis autem dubitet impropiam imò à propria creaturæ significatione alienam esse, significare Deum, ergo sine addito alienante *esse idealis*, nequit significare in ea propositione Deum sed creaturam: quare et si Vvicleffus animus hæreticus non sit; atq; propositio hæretica est, Nec vitari potest eius conuertens, quæ negatur à Vvicleffo *Deus est creatura*, ex regulis dialecticis, & exemplis propositionum omnium in quibus ex prædicato subiecti determinatur suppositio, vt patet in propositionibus notatis in materia de Trinitate, & Incarnat. locis citatis: & quia creatura à parte prædicati determinare Deum subiectum potest vt supponatur pro esse imitatio creaturæ iuxta Vvicleffus doctrinam: quemadmodum, vt creatura supponatur pro esse idealis determinat in conuersa propositione prædicatum *Deus*.

9. Et si ergo dubio procul materiale hæresim incurrit Vvicleffus, quia tamen ipse assensu illo Ca-

tholico de creatura secundum esse ideale, & intelligibile locutum se fuisse explicuit, Concilium Constantiense grauioribus intentum eas propositiones inter Vvicleffus errores non recensuit, & damnavit: quia de modo loquendi solum errores erant. Sed nec sic, vt aliqui aiunt, Iess. 14. inter errores discipuli eius Ioannis Hus, hæ propositiones damnarentur, *quodlibet est Deus: qualibet creatura est Deus: Omne ens est vbiq; cum omne ens sit Deus*. Vvicleffus doctrina eo Concilio damnata dici posset: cum discipuli errorum semper in erroribus supra Magistrum sint, atque vt argumentorum à Catholico vexati in maiora delicta proficiant, ne prima deleant à fide naufragi: deteriore sensu, quam eius Magister credendus Hus esset si ibi ea ipsius dicta fuissent damnata. Caterum Recentiores qui veritatem possibilem futurorum posituorum, & negationum, & impossibilium Deo identificant, vident, quo pacto ab his propositionibus absolute, ac in eorum sententia sine addito vilo verificandis se expediant. *Omnia creatura secundum essentialia considerata Deus est*. Si quidem re ipsa Dei Omnipotentia est, nihilque præterea aliud, atque similibus, ac insuper ab hac multo diffonantiore: *hærecismus est Deus*, & sic de impossibilibus reliquis, quæ Deo identificant.



CONTRO